5 d 3

R. 361

# ANTONINI POLITII SICVLI PANORMITANI.

CAESAREI PONTIFICIIQVE IVR. CONS. ATQVE PHILOSOPHIÆ, & Medicinæ Doct. vniuſq; ex Medicis Phyſicis Tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis.

*DE QVINTA ESSENTIA SOLVTIVA ATQVE Breui Epylogo componendorum Medicamentorum, cum aliquibus Phyloſophiæ ac Medicinæ problematibus.*

LIBRI DVO.

*AD ILLVSTRISSIMVM, ET EXCELL. D. DVCEM OSSVNAE REGNI SICILIAE PROREGEM.*

TV SOLVS



ET NEMO ALIVS.

... ERIO ... N.º 259 ... EUTICO ... DE MADRID.

CVM PRIVILEGIO.

PANORMI, Apud Ioannem Baptiſtam Maringum. M. DC. XIII.

REAL ... DE FA...

# ILL.MO ET EXC.MO DOMINO D. PETRO GIRON

DVCI OSSVNAE, COMITI VRENNAE, Marchioni Pignafiel, AEquiti aurei Velleris Proregi, & Capitaneo Generali, in hoc Siciliæ Regno Vigilantiſsimo.

CVM animaduerterem (Illuſtriſsime atq; Excellentiſsime Prorex,) non ſolum omnia in Hominum gratiam, ſed etiam Hominem ipſum propter hominem creatum eſſe, & natura quemq; eſſe Patriæ debitorem, laborandum mihi exiſtimaui vt ex me aliquid promerem, quod omnibus Ho minibus, & præſertim meis corregniculis vſui vtilitatique eſſe poſsit, & quoniam medicina grauem patitur calumniam apud vulgum, prout nos docet Galen. in lib. de Vict. Ratione in morb. acut. comment. 1.

text. 15. Idcirco tu Illuſtriſsime ac Eccellentiſsime Princeps, Regni huius Siciliæ (vt ſic dicam) Redemptor, ac Protector, virtutum, ac Iuſtitiæ auctor, & origo cenſeris, & tu ſolus videris qui facile à calumniantibus, meas lucubrationes vendices & candidis præbeas lectitandum. Propterea ſub tui Illuſtriſsimi ac Excellentiſsimi nominis auſpicio, Hoc opuſculum diuulgare propoſui nomine enim illo, veluti preclariſsimis Armis munitum. tuto mundum vniuerſum perpetuò diſcurret. ac fulgebit, ſicuti tù inter generoſiſsimos Principes ac Proreges vt ſol inter ſidera fulges. has igitur indignas meas lucubrationes læta fronte ſuſcipere digneris. Vale Deus Opt. Max. felicia, ac ſalutaria, Excellentiæ tuæ concedat enixe præcamur. Panormi 4. Calendas Februarij. M. DC. XIII.

# ILL.^MO AC EXC.^MO DOMINO D. PETRO GIRON

DVCI OSSVNAE, COMITI VRENNAE, Marchioni Pignafiel, & Siciliæ Proregi Generoſiſsimo.

ANTONINVS POLITIVS Art. Philoſoph. ac V. I. Prudentiæ Doctor. eius Medicus.

*Temporibus Vegæ timor, Imperioque Columnæ*
*Trinacrium viſa eſt incoluiſſe quies*
*Jam Duce Maqueda egregio prudentia Sceptrum,*
*Et pietas varijs obtinuere modis.*
*Hæc varijs conceſſa viris ſunt Dona, ſed vni.*
*Quis data conſpexit munera iuncta viro?*
*Ecce* DVCI *data ſunt cœleſtibus omnia donis*
*Et viget* OSSVNÆ *Principis Imperium*
*Nempe ſuo valet ingenio dare præmia Juſtis*
*Et pœnam ſceleri, qua ſua facta luat.*

NO-

# NOMINIS, COGNOMINISQVE, ETYMOLOGIA.

*Enarrat nomen facta, & cognomen honorat,*
*Et celebrem ſic, per ſecula te faciunt.*

P*ax* E*xurgit,* T*rinacria* R*ecta* V*ndique* S*cite.*
G*loria* I*neſt* R*egnis,* O*mnia* N*otificans.*

# ILL.^MAE AC EXC.^MAE DOMINAE D. CATHERINAE ENRIQVEZ DE RIBERA

## DVCISSAE OSSVNAE,

Proreginæ Regni huius Siciliæ Prudentiſsimæ.

*Priſcorum Generoſa Ducum Corteſia Proles*
*Sanguine Gironum nobilitata Domus*
*Cæſaris Imperium quot quot ſibi duxit Honores*
*Cum tulit ad Patrios Indica Regna lares*
*Tot tibi Fernandus peperit Catherina decores*
*Cum dedit Heſperijs Indica ſceptra plagis.*

## Ad Eandem.

*Coniugis eximij pars o cariſſima Coniux*
*Si ſua deque diù tradidit ille tibi*
*Accipe quæ inuicto ſacramus Dona marito*
*Et tua da noſtrum nomina ſeruet opus.*
*Vtq; tua in medicis durabunt nomina cartis,*
*Sic medica Eſtabit nomine carta tuo.*

Ad

*Gloria tota tua eſt raræ virtutis Auorum,*
*Belligerique viri gloria tota tua eſt*
*Ante pedes deuicta tuos ſtetit India ſupplex*
*Belga tuos domitus conſtitit ante pedes*
*Hûc etiam tantos Thalamos veneratur Apollo*
*Et medicæ ſupplex conſecrat Artis Opus*

---

# V. I. D.
## DON SEBASTIANI LA FARINA
Baronis Irroſæ Epigramma
ad Authorem.

*Gens Antiqua Jouis donabat nomine ſi quem*
*Pollentem medica cerneret arte virum,*
*Strenuus egregias ſcrutaris Apollinis artes*
*Et legum prudens vtraque Iura colis,*
*Ergo ſi mentem ſi languida corpora curas*
*Quis te mortalem deneget eſſe Deum?*

PHI-

# PHILIPPI ALEGAMBE HISPANI
## Acroſticum.

## Ad Libri Authorem.

*Ante Iouem nullus cum verteret arua Colonus*
*Nec ſignare ſuos limite poſſet agros*
*Tabificas non pellebant medicamina peſtes*
*Omnia nam largæ plena ſalutis erant*
*Nullus ab inuencta viuebat ſedulus arte*
*Inque nihil tacta ſpes erat omnis humo*
*Num quid vt æternā mors tarda Promethea flāmam*
*Vidit ab Ætherea ſurripuiſſe domo*
*Se motam feſtina viam properauit & illa*
*Poſteritas celeri crimina morte luit*
*Obrepenſq; homini non intellecta ſenectus*
*Laxauit turpi tempora læta ſitu*
*Læti mille vias donec preſſurus Apollo*
*Inſtituit medica ſupprimere arte malum*
*Tardior ex illo viſa eſt properare ſenecta*
*Iamque macaoniam percipit eger opem*
*Vitæ igitur Pollitij hominum noua dona miniſtra*
*Siſtes ingenio funera multa tuo.*

## Idem ad Eumdem.

### ANTONINVS POLLITIVS
Anagramma noſti vnus
Apollinis.

*Ignotas aperire vias arteſq; medendi.*
*Et dare Phebigena te meliora Deo*
*Nil mirum eſt, medicas noſti vnus Apollinis artes,*
*Ippocrati Ignotas ſemiferoq; viro.*

---

### DON IACINTHI LA FARINA
Anagramma.

*Æger vbi Primos perſentit Apollinis Ignes*
*Aduectaſſe diem retur abeſſe νόσον.*
*Nempe olim fuerat medicæ Deus artis, & auctor*
*Quid ſi cum medica luce medela venit*
*Nuntius ex quo tù penetras, vel Apollinis ergo*
*Mox fore ni tuleris predicat Æger opem.*

AN-

## ANTONINVS POLITIVS
### Erudito Lectori.

MANIFESTVM eſt omnibus Doctiſsimæ Lector, medicamēta purgantia per experientiam inueniri pro vt nos docet Galen. in lib. de Vict. ratione in morb. acut. coment. 2. text. 11. & poſt quam ſunt inuenta ſingularibus ſunt probationibus conſtituenda vt fidem maiorem illis habeamus, pro vt idem Galen. lib. 1. epid. coment. 1. text. 1. propterea nos hoc noſtrum quod in lucem edimus medicamentum vna cum Spectab. Regio Prothomedico Regni Neapolis Quintio Bonioanni viro Eccellentiſsimo ac cum alijs eiuſdem Ciuitatis medicis ſingulariſsimis, atq; in hoc Siciliæ Regno millies, & ad infinitos, & varios morbos particulares deſperatos, & non deſperatos experti ſumus, fuit enim exibitum omnibus obſtructionib⁹ vtputa epatis, lienis, & vteri,

*Gal in lib. de vict. rē in morb. acut. comēt. 2. text. 11.*

*Gal. lib. 1. epid. comēt. 1. tex. 1.*

eorumq; xirris, Ictericis citrinis, & nigris, ex obſtructione abſque febre putrida, & vt breuiter dicam, confert mirum immodum omnibus morbis cauſatis ab obſtructione, & precipue mulieribus quibus menſtrua defecerunt, ſterilibus, nefriticis, hiſtericis, colicis, iliacis, epilepticis, maniacis, malãcolicis, hipocondriacis, ex obſtructione. confert valde aſmaticis, ac omnibus thoracis affectibus preter thiſim, antiquis deſtillationibus, actuſsi rebelli, preter ſanguinem expuentibus, omnibus ſpeciebus hydropis, lue gallica, in ſcabie, quartanis, actriticis, hyſchiade emicranea, antiqua, omnibuſq; capitis, doloribus habituatis, oltalmijs, ex epate incalefacto ex obſtrutione, in paraliſi ex ſpirituum obſtructione, aurium tinnitu, ac ſurditate, dentium ac Gingiuarum doloribus, in vrinæ retentionibus, in calculis renum, & veſsicę, earumq; arenulis, & ad lumbricos necandos, & purgandos, caueas tamen ne exibeas vtero gerentibus, nec alijs quibuſuis alui fluoribus ob vim maximam aperiendi penetrandique quam habet, & ſic fere omnibus morbis fuit

ex-

expertum, & ſemper feliciter ſucceſsit, & purgat omnes humores peccantes ( ſicut diacaptolicon ) Cuius ſimilitudine eſt formatum, & operatur maximo omnium ſtupore, atq; tanta felicitate vt omnes ſunt admirati potius eſſe diuinum quam humanum medicamentum, & in tanta parua quantitate, tanta admiranda facere cum maximo ſuſcipientium commodo ac ſuauitate, ad quam precipue in purgantibus debemus vacare pro vt nos monet Galen. lib. 4. de ſanit. tuend. capit. 7. tanto magis quod accidunt morbi tales atq; ægrotantes, & precipue maniaci non rationis, & periculi capaces, & mulieres alique quæ tam ratione formidinis magnæ quantitatis, & praui ſaporis medicamentorum purgantium farmacopolorum ea vomitantium ob ventriculi antipatiam, quam anginæ alicuius ratione, difficultatiſque ſeu impoſsibilitatis ſuſcipiendi medicamentum quantitate qua ſolent, potius ad mortem diſponuntur, & preparantur priuſquam aſſumant medicamentum purgans ordinarium, & antiquum. Non fuit igitur

*Gal. lib. 4. de ſanit. tuend. cap. 7.*

tur a ratione alienum Deo duce methodo ratione, ac experientia, excogitaſſe hanc nouã, & breuem formam ſubſidij, vt inpromptu teneãt omnes farmacopole notumq; ſit etiã medicis fiſicis tamq; preſidium pro morbis deſcriptis, & vrgẽtibus neceſsitatibus egrorũq; calamitatibus, quæ cedere noluere medicamentis. nam ad vltimos morbos vltima prorſus remedia maxime valere ex Gal. lib. 5. method. medend. tex. 15. & quoniam ratione tanti medicamenti perfectionis, & neceſsitatis, debet alijs locis cõmunicari, propterea fidem facimus quod tuto, & abſq; moleſtia poſſunt omnes medicã profitentes ſcientiam vti ſicuti, & Nos Prudentiſsimo Cõſilio Excellẽtiſsimorum Fiſicorũ vſi fuimus, & in preſenti vtimur, hęc breuiter atq; dogtmatice volui pro ſalute meorum corregniculorum medicamẽta excogitaſſe, atq; ſcripſiſſe, quæ Deus Optimus Maximus omniũ languorum verus curator felicia ac ſalutaria hyſdem concedat valde precamur. Vale.

*5. Method. med. text. 15.*

RE-

# RELATIO QVINTII BONIOANNIS Generalis, ac Regij Prothomedici, Regni Neapolis.

NOS Quintius Bonioannes Regius Prothomedicus Regni huius Neapolis, ſimul cum infraſcriptis medicis fidem facimus, qualiter medicamentum inuentum atque excogitatum ex Eccellente Domino Antonino Politio Art. Med. Doct. Siculo Ciuitatis Calatageronis, quod medicamentum quinta eſſentia mannę fuit appellatum, adeo celebre atque tutum medicamentum eſt, vt nihil magis deſiderabile inueniri poteſt, etenim ſecure euacuat, & ſine moleſtia, & omni ætati applicabile, tum pueris, ſenibus, viris, atq; mulieribus, & a nobis fuit expertum, principibus, principaliſsimis dominis, magnatibus, atq; alijs adibuimus maxima cum felicitate, vt huc vſq; neminem vidimus in vite periculũ acceſsiſſe, & hoc per ſpaciũ duorum annorũ, & millies, fuit. n. da-

tum

tum febribus malignis, obſtructionibus, aſmaticis, epilepticis, hydropicis, lue gallica, & fere omnibus morbis, maximo omnium ſtupore atq; tanta felicitate, vt omnes ſunt admirati potius eſſe diuinum quam humanum medicamentum, & in tãta pauca quantitate, tanta admiranda facere cum maxima ſuſcipientium ſuauitate, & quia ratione tantæ medicamenti perfectionis debet alijs locis communicari, propterea fidem facimus quod tuto, & ſine moleſtia, poſſunt omnes medicã profitentes ſcientiã vti, ſicuti & nos vſi fuimus, & in preſenti vtimur. Laus Deo datum Neapoli, die calendas Iannuarij milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto.

Quintius Bonioannes Regius
Prothomedicus.

Ego Alphonſus Ferrus medicus Phiſicus fidem facio vt ſupra manu propria.

Ego Ioannes Dominicus de Sanctis Neapolitanus Art. & Med. Doct. fidem facio vt ſupra manu propria.

Ego

Ego Horatius Sirletus Neapolitanus Art. & Med. Doct. fidem facio vt ſupra.

Ego Gaſparus de Angilo Siculus Art. Med. Doct. fidem facio vt ſupra de noſtro ſiculo Caltagironenſi.

Marcus Antonius de Viuo Neapolitanus Magiſter Actorum ſupradicti Illuſtris Domini Quintij Bonioannis Regij Prothomedici.

## RELATIO LEONARDI CRISAFVLLI Generalis, & Regij Prothomedici, Regni Siciliæ.

NOS Leonardus Criſafulli, Art. Med. Doct. Generalis Prothomedicus huius Siciliæ Regni, inſularumq; coadiacentium, Eccellenti Antonino Politio ſalutem, quia nemo non precedente licentia ſine pœnæ incurſu poteſt componere, vel vendere res medicinales, ideo ad nos veniſti ſupplicans, vt infraſcriptam licentiam componendi, & vendendi quodam medicamenti genus per te excogitatum, vocatum quinta eſſentia mannæ, reubarbari, & aliorum ſimplicium medicamentorum purgantium, tibi concedere dignaremur, nos vero tuæ petitioni ſatisfacere volenti, quia eadem licentia fuit tibi conceſſa per Art. Med. Doct. Quintium Bonioannem Prothomedicum Regni Neapolis, vt patet per priuilegium datum in ſupradicta Ciuitate Neapolis Kalendas

Ianu-

Ianuarij 1595. & modo eadem licentia fuit tibi conceſſa per Illuſtrem Pretorem, & Prothomedicum huius Felicis Vrbis Panormi cum interuentu Art. Med. Doct. Ioſeph Pizzutu conſultoris eiuſdem Illuſtris Pretoris, & Prothomedici, vt patet etiam per priuilegium datum Panormi 21. Maij 3. Indictionis 1605. ſupradictam licentiam componendi, diſpenſandi, & vendendi, ſupradictum medicamentum per te vocatum quinta eſſentia, tibi concedimus pariter, & in partimur per totum predictum Siciliæ Regnum Inſulaſq; coadiacentes, cum conditione tamen, quod illud non exibeas, vtero gerentibus, pueris. minoribus ſeptem annorum, & ſenibus maioribus annorum ſeſſaginta, preſtito prius per te in manibus noſtris ſollemni iuramẽto de recte fideliter, aſq; dolo, & fraude medicamentum predictum componendo, in ſeruitium Dei S. C. Maieſtatis, & humanorum corporum ſalutem. mandantes omnibus, & ſingulis offitialibus. noſtro ſubmiſsis officio, ceteros vero eiuſdem Regni attente ortantes, quatenus preſentes noſtras lite-

ras tibi obſeruent, & exequatur, & per quos decet exequi, & obſeruari faciant, ſi penas in noſtris Regijs priuilegijs contentas cupiunt euitare, pro quorum omnium obſeruatione preſentes fieri fecimus noſtra ſubſcriptione ſubſcriptas, & ſolito quo vtimur ſigillo in pede munitas datum Panormi die 10. Iunij 3. Indictionis 1605.

D. Leonardus Criſafulli Regius, & generalis Prothomedicus.

De mandato Spect. D. Leonardi Criſafulli Regij, & Generalis Prothomedici.

Nos Baldaſſar Caeta M. Actor.

Reg. de Angelis.

# RELATIO IOSEPH PIZZVTO Generalis, & Regij Prothomedici Regni huius Siciliæ.

NOS Ioſeph Pizzutus Art. Med. Doct. Regius Conſiliarius, & in hoc Regno Siciliæ eiuſq; coadiacentibus inſulis generalis Prothomedicus, quia ad noſtrum prothomedicatus officium ſpectat licentiam dare medicis, componēdi, diſpenſandi, & vendendi, aliquod medicamentum ad humani corporis ſalutem valens, ideo licentiam tibi Art. Med. Doct. Antonino de Politio damus, & concedimus, vt poſsis componere, diſpenſare, & vendere, in toto Regno predicto eiuſq; coadiacentibus inſulis tuam quintam eſſentiam quæ dicitur quinta eſſentia Mannæ ſic vocata, compoſita, ex ſcamonio, cum ſuis corrigentibus, vtputa bdelio, miua cidoniorum ſimpl. & iulepp. violato, & aqua vitæ, infuſa, & deſtillata, & altera 2. quinta eſſentia compoſita ex Reubarbaro indiæ, ſeu

meccioacam tantum, cum ſuis corrigentibus, vtputa miua cidoniorum ſimpl. & Iulep. Viol. & aqua vitæ infuſa, & deſtillata, cum conditione tamen quod illam nō exhibeas vtero gerentibus, nec pueris minoribus annorum ſeptem, nec ſenibus maioribus annorum ſeſſaginta, quæ ſupradicte duæ compoſitiones ſuperius tibi conceſſe, tales poſſis vendere, quales ſunt tibi conceſſe, nec aliter nec alio modo, ſub pena vnciarum quinquaginta, noſtro erario applicandarum pena tamen criminali in ſuo robore permanente, preſtito prius per te in manibus noſtris ſollemni iuramento, de recte, fideliter, aſq; dolo, & fraude, predicta medicamenta componendo, & vendendo, in ſeuitium Dei S. C. Maieſtatis, & humanorum corporum ſalutem, mandantes omnibus ac ſingulis officialibus noſtro ſubmiſsis officio, ceteros vero attente hortantes quatenus preſentes noſtras literas obſeruent, & exequantur, ac per quos decet obſeruari, & exequi faciant, ſi penas in noſtris Regijs Priuilegijs contentas cupiunt euitare, pro quorum omnium

ob-

obſeruatione, preſentes fieri fecimus, noſtra ſubſcriptione ſubſcriptas, & ſolito quo vtimur ſigillo in pede munitas. Dat. Panormi die 19. Aprilis 6. Indictionis 1608.

Ioſeph Pizzutus.

De mandato Spectabilis Ioſeph Pizzuto Regij, & Generalis Prothomedici huius Siciliẹ Regni.

Nicolaus Pizzzutus M. Not.

Reg. de Angelis.

RE-

# RELATIO D. CAESARIS CAETANI Marchionis Sortini Pretoris, & Prothomedici Felicis Vrbis Panormi.

NOS Don Cæſar Caetanus Marchio Sortini, & Prothomedici Felicis Vrbis Panhormi, omnibus preſens Priuilegium viſuris ſalutem, Quia Art. Med. Doct. Antoninus de Politio Siculus Calatagironenſis oriundus ciuiſq; per ductionem vxoris Panhormitanus ex ſua arte excogitauit, quintam eſſentiam mannæ, Reubarbari, & aliorum ſimplicium medicamentorum purgantium ab eo vocatum, quod quidem medicamenti genus, ſatis celebre, tutum, & delectabile, abſque periculo experimẽtatum fuiſſe, teſtati ſunt Quintius Bonioannes Regni Neapolitani Regius Prothomedicus, per multiq; alij eiuſdem Regni Medici Phiſici, virtute literarum, & fidei datarum Neapoli calendas Ianuarij 1595. & idem illud

longa

lōga obſeruaſſe experientia Art. Med. Doct. Ioſeph Pizzutus conſultor noſter oretenus retulit, ideo attenta eiuſdem de Politio peritia, habilitare, doctrina, & conſcientia, cum interuentu dicti noſtri conſultoris Ioſeph Pizzuto Art. Med. Doct. concedimus licentiam dicto Art. Med. Doct. Antonino de Politio, vt poſsit predicti medicamenti genus, non ordinare ſolum authoritate ſui priuilegij ſed etiam illud componere, & ab eo hordinatum ſuis egrotātibus, & aliorum medicorum egrotantibus, vendere, dummodo non ſint vtero gerentes, nec minores annorum ſeptem, nec ſeſſaginta maiores, de quibus honeſte ſibi ſolui facere debeat, mandamus ergo ſingulis officialibus noſtræ iuriſdictioni ſubiectis, vt nullam ei moleſtiam inferant, nec a reliquis illatam conſentire ſub pena nobis beneuiſa, & quo ad ipſum Antoninum, in noſtris bannis contentam, & in teſtimonium premiſſorum, hoc preſens priuilegium fieri iuſsimus noſtra, & dicti conſultoris noſtri ſubſcriptione, Ioſeph Pizzuti firmatum, & ſigillo vrbis quo in ſimili-

 bus

bus vtimur pendente, munitum datum in Vrbe predicta Felici Panormi die 25. Maij 3. Indictionis 1605.

Il Macheſe di Sortino Pretore
e Prothomedico.

Ioſeph Pizzutus Illuſtris Marchionis
Xurtini Pretoris, & Prothomedici
Conſultor.

Marianus Roaſius pro Mag. Not.

Regiſtrata per me de Farſaglia
de officio Iuratorum
fol. 351.

RE-

# RELATIO ECC. ART. MED. DOCT. IERONIMI de GASCONE Fel. Vrb. Panor.

TVVM breue Antoninæ Politij ac compēdioſum opuſculum perlegi, quod continet vnam quintam eſſentiam (vt fateris) ſolutiuam, breuem, vtilem, ſecuram, atq; iucundam, quæ multos varioſq; particulares morbos ſuauiter purgandi atq; ſanandi vim habet, qui vt per litteras miſsiuas Panhormi impreſſas, hicq; colligatas apparent, ſunt fere infinite qua propter tum quia litteræ heedem, & ab Excellente Doctore in arte medica Peritiſsimo Hyeronimo Spucces probate ac firmate ſunt, & à Quintio Bonioanne viro Excellentiſsimo, Regniq; Neapolis Regio Prothomedico, dicente inſuper, ac aſſerente dictum quintæ eſſentiæ ſolutiuæ medicamentum, magna feli-

citate ſe obſeruaſſe, ac expertum fuiſſe, tum quia a te Doctore eximio hac in profeſsione valde erudito medicamentum hoc inuentum fuit, quin dictum opuſculum magna laude comendem minime poſſum, licet nunquam de medicamine hoc periculum fecerim.

Tuus vbiq; Yeronimus Gaſconius.

# RELATIO ECC. ART. MED. DOCT. IERONIMI SPVCCES Fel. Vrb. Panor.

VIDI, & legi Eccellens Domine Antoninæ Politij floridum illud tuum opuſculum , quod inſcribis de quinta eſſentia ſolutiua, vel vt infra repetis breuis , iucundior, vtilior, tutiorq; modus, purgandi, opus ſane apprime varium, & multiplici refertum doctrina , proinde ni tibi, ac alijs inuideas exiſtimo. Illud dignum vt publicis cudendum Typis tradatur, vt in coſpectum hominum veniens, liberaliora ingenia excitet ad veritatem indagandam , amplexandam , & tuendam , Vale ex noſtro muſeo 4. Kalendas Februarij 1612.

Tuus Hyeronimus Spucces.

# RELATIO ECC. ART. MED. DOCT.

## Hyeronimi Spucces

### Fel. Vrb. Panor.

VIDI, & legi Excellens Domine Antonine Politij floridum illud tuum opuſculum, quod inſcribis de quinta eſſentia ſolutiua, vel vt infra repetis breuis, iucundior, vtilior, tutiorq; modus purgandi, opus ſane apprime varium, & multiplici refertum doctrina, proinde ni tibi, ac alijs inuideas exiſtimo, illud dignum vt publicis cudendum Typis tradatur, vt in conſpectum hominum veniens, liberaliora ingenia excitet ad veritatem indagandam, amplexandam, & tuendam. Vale ex noſtro muſeo 4. Kalendas Februarij 1612.

Tuus Hyeronimus Spucces.

# APOLOGIA
## PER QVAM PROBATVR medicinam eſſe ſcientiam quo ad ſcire & nobiliſsimam quoad operari.
### LIBER PRIMVS.

### CAPVT I.

QVANTA ſit ſcientiæ medicinæ dignitas, åtq; preſtantia, non tantum ex certitudine earum quibus vtitur rationum, reiq; ſubiectę in qua verſatur nobilitate, verum etiam ex eiuſdem fine maxime percipi poteſt, his enim eſt humani corporis ſanitas, qua nihil rerum mortalium vtilius, & ſine qua nulla earum grata vel ſuauis eſſe poteſt, quid enim prodeſt Regibus regnandi ſuauitas, Ducibus gloria fortitudinis, eruditis ſapientia oblectatio, ſi iaceant corpore infirmitatis moleſtia, & doloribus afflicti? maxima hæc profecto laus eſt, tantum boni

mor-

mortalibus procurare, ſine qua cetera bona caduca nihil, aut iucunditatis, aut oblectationis in ſe habent, ſed non minor medicinæ laus eſt, illud idem quod tribuit, ſanitatem inquam conſeruare, & quo ad humana ratione fieri poteſt in diuturnum tempus producere, vtrũq; enim nobiliſsima hęc ſcientia preſtat, quæ, & morbos expellẽdi rationem, & ſanitatis quam diutiſsime conſeruandæ metodum traddit. ſed eſt hoc tempore maxime dolendum, quod ea ſuam nobilitatem non retineat, nequiſsimorum quorumdam hominum vitio, qui omnibus præſidijs medico dignis deſtituti, nulla medicinarum ſcientiarum notitia, nulla naturalium rerum cognitione inſtructi, improbitate ſolum, ac temeritate armati, nobiliſsimam hanc ſcientiam, tamquam eius veri profeſsores, non via ac ratione, ſed temere ac caſu exercere non dubitant, non paruo mortalium detrimento. hoc enim inconueniens non phiſicæ ſcientiæ reſpectu, ſed ſcientium imperitia peruenit, quoniam medicinæ ſcientia dici poteſt diuina, quia à Deo Optimo Maximo origi-

originem duxit, prout in eccleſiaſtico (inſtituit dominus de cælo medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam ) alij enim Adam, qui a ſuo creatore medicinam acceperat, illam poſteros edocuiſſe ferunt, alij enim ab Apolline hanc Auream facultatem veterum authoritate aducti effluxiſſe aſſerunt, qui cum humani generis ſaluti conſulerat, illam Eſculapio reuelauit, a quo Podalirius, & Machaon, preſtantiſsimi medici geniti fuere. relictis poſtea multis, tum ex arabibus, & Latinis, tum ex Græcis, & AEgiptijs, quos ſi numerarem, tedio afficerem.

Medicina vtiq; dicitur vera ſcientia vt ex Ariſtothile in libr. phiſic. vbi deſinit phiſicus, incipit medicus, vlterius vera, & perfecta ſcientia eſt illa, quæ cognoſcit res per cauſas, ſed nil aliud facit medicinæ ſcientia, niſi cognoſcere morbos, ac ſymtomata per eorum cauſas, vt propter has rationes clare patet, medicinam, eſſe ſcientiam nobiliſsimam, verã, & Eccellentiſsimam, ac etiam, & quoad operari audeo eam eſſe nobiliſsimam *ex Ariſt. l.b. phiſic.*

deſēdere, quoniam vt optime intelligamus; excrementa quæ quotidie medici conſpiciunt, non ſunt ſic indigna, quemadmodum nomina eorum repreſentant, quoniam lotium per Galenum Hypocratem, & omnes phiſicos, & precipue Galen. in lib. illo deffinit. med. in principio, non eſt aliud niſi potulenta materia, & ſuperfluitas ſanguinis excolata in magna vena, quæ per renes, & vreteres, in veſsicam, delabitur, & in eodem tex. idem Galen. hac alia deffinitione illud deffinit, ſcilicet lotium eſt excrementum quod in iecore gignitur, ac etiam idem de Anothomia viuorum vbi agit de Anothomia epatis. Affirmat, lotium eſſe ſanguinis ſuperfluitatem, & tertio de morb. vulgar. coment. 1. tex. 5. ait, vrinam ſerum eſſe in uenis contentorum, quod omnes, & etiam magnates, poſsint dignisſime conſpicere, & circa illud phiſice verſari, nec nos moueant aliorũ excrementa viſiones, ex eo quia quidquid de corpore ęgri euacuantur per farmacum, nil aliud ſunt niſi ſanguis putridus, cuius pars tenuis in bilim, pars autem craſſa in pi-

*Gal. in lib. deffinit. med.*

*Ipocr. & Gal. 3. de morb. vul. coment. 1. tex. 5.*

in pituitam, & malancoliam, conuertitur. hoc autem manifeſtum eſt ex eo quia Reubarbarum, manna, agaricum, polipodium, & alia farmacopola, nil aliud euacuant niſi predictum ſanguinem putridum, excrementa autem primæ coctionis, quæ in inteſtinis reſident, iam fuerunt euacuata enegmatibus ante medicamentum purgans pridie adhibitis. vt propterea quod ſit dicendum non indigne verſari medicum phiſicum circa iſta naturalia elementalia, & non turpia excrementa, quemadmodũ multi falſo imaginantur, nam eo modo quo carnem putridam vt puta Cuniculos, Perdices, Pauones, & alia animalia male olentia, omnes ac etiam magnates, digne, & abſq; dedecore poſſunt cõſpicere, pari ratione, & medici egrorum excrementa ſimilia putrida digniſsime poſſunt conſpicere, & nobiliſsime circa illa verſari, & philoſophari. his deniq; habitis concludendum ab omnibus medicinam, & quo ad ſcire, & quoad operari eſſe nobiliſsimam omni dignitate dignam, tanto magis quod Imperatores medicorum priuilegia varijs

coronis coronant, vtputa corona laurea, graminea, querna, & mirtea, & alijs immunitatibus, prout de iure in authent. de dignitatibus, & vt quilibet poterit in noſtris Regijs priuilegijs doctoratus conſpicere, vlterius Cornelius Celſus fuit princeps Roman⁹ potētiſsimus, & nihilominus prout in ſuis in lucem editis operibus patet medicinæ digniſsime operā dedit, & Piſanus, Neapolitanus Comes Palatinus, & paſcharolæ, preceptor meus etiam vſq; adhuc medicinæ operam dedit, & multi alij medici magnates adſunt, qui ad boream medicinam exercent, & deniq; licet ipſe vt omnibus notum eſt ſim vtiq; ſeruus humiliſsimus, imo diſcipulus Illuſtrium iurium conſultorum, quoniam Summi Pontificis, ac Iuſtiniani Imperatoris, aurea ac ſublimiora veſtigia proſequi me indignum reputauerim, pro modo vſq; quo me dignum forſan cognouero, Piſani, Comitis, mei preceptoris Neapolitani, ac Cornelij Celſi, Principis Romani, veſtigia proſequar.

in authen. de dignit.

De

## De modo ac breui epilogo, componendorum, medicamentorum.

### *CAPVT II.*

SICVT cætere artes, aliquando materiam qua vtuntur preparant, atq; operi commodiori reddunt, vt pictores facere conſueuerunt in ſuorum pigmentorum confectionibus, aliquando, & rudi vtuntur qualis à natura preſtatur, vt ſtatuarius, marmore, ſcientia medicinæ vtroq; modo ſua materia vtitur, aliquando ſimplicibus, ac rudis medicamentis, qualia natura ipſa effecit, aliquando alio modo preparatis, & compoſitis, & quamquam innumeris pęne medicina ſcateat remedijs, nullus enim eſt morbus, nulluſq; affectus, cui in tāta ſimplicium medicamentorum copia, ac varietate, opē ferre non licet, idq; vel ſi ſolas planctas ſpectes, vt quidam putarunt eiſq; magis ſi animalia adiungantur, ac metallica, his tamen non contenta

tenta

tenta ars, cœpit varia miſcere, & preparare vt ex alteratione, ac miſtura nouas formas, & facultates compararet, quaſdam vero delеret, aut occultaret, alias excitaret, & vehementiores redderet, alias temperaret, & mitiores efficeret, & tandem vnicuiq; corpori, & temperature, ac morbo proprium pararet medicamentum, igitur varijs inuentis preparationum modis, ſimplicia ad diuerſos vſus comodantur ſeparatione, coniunctione, alteratione, in quibus adeo aſtuta fuit, & ingenioſa hominum ſolertia, vt res longiſsime inter ſe diſsidentes, inſeparabili vinculo coniungeret, quæ aduerſiſsima, & inimica naturæ eſſent, benigna, & iucunda redderet, in rebus craſsiſsimis, & viliſsimis, tenuiſsima, & precioſiſsima inueniret, & quaſi rerum formas ex materiæ craſsitie, & impuritate ſeparare, & res maxime corruptibiles a corruptione, & putredine, æterno ferme tempore preſeruaret, his aucta eſt adeo medicina, vt merito diuina appellari ob hanc partem ſolam poſsit, cum ſecretas rerum naturas, & mirandos effectus in morbis ſanandis

dis inuenerit, hinc celebrata Antidota muſ-ta, in quibus etiam Regum, ambictio ſpectatur, viget enim adhuc mitridatum, ab inuentione dictum, cuius exemplo poſtea, Neroni, Imperatori, theriaca ab Androgmaco, medico celeberrimo compoſita eſt, extat, & Iuſtinum, ad calculum frangendum efficaciſsimum, item Adrianum, ambo ab Imperatoribus dicta vnguentum Regis Sabor, oleum Ducis Florẽtiæ, relinquo innumeras alias confectiones a peritiſsimis medicis, & philoſophis compoſitas, ad quas confugere tamquam ad ſacram anchoram, vbi alia non proſint neceſſe eſt, increbuit adeo componendi conſuetudo, vt nemo ferme ſit, qui ſimplicibus vtatur, & his doctius credatur, qui plura in vnum conſarcinet placet enim plurimis multarum rerum compoſitio, nam compoſitio ob eam cauſam ab antiquis excogitata eſt, vt recenſet Galen' tertio meth. med. cap. 2. ut medicamenta haberent quod unicuiq; naturæ corporis conueniret, cum his in ſingulis minime inuenirent, optime igitur facta uiſum eſt, quam plurima eiuſdẽ ſpe-

*Galen. 3. meth. c. 2.*

ſpeciei, in idem miſcere, quo nulli corporis naturæ de eſſet quod conueniat, ſic multa ſarcotica conſarcinant, ad carnem ubicũq; gignendam, multa diuretica, ad mouendam vrinam, multa ſoporifera, ad ſonnum conſiliandum, & in alijs eodem modo, & ſic ſi ſimiles fuerint affectus, ſimilia videntur exposcere remedia, ſi diſsimiles diſsimilia, ſi contrarij, etiam contrarias, ſimul facultates deſiderant, verbi gratia repellendi, digerendi, vel detergendi, ac leuigandi, uel incraſſandi, ſimul, & actenuandi, humores, ac ueluti plurimi uſus, medicamenta Græce, (Polycrheſtotata) uocant, & optime diuerſas in ſe poteſtates continent, hoc teſtatur Galen. in lib. 1. de compoſ. medicam. per genera tex. 3. & denique plures etiam morbi, ſeu plures cauſę, ſeu ſymthomata fuerint nam cõtrarijs coheuntibus indicationibus, mixtum debet eſſe medicamentum ex Gal. 13. metod. med. cap. 16. & lib. 1. de arte curatiua ad glauconem cap. 10. nec eſt uerũ dicere ut aliqui falſo immaginantur, quod in miſtione miſcibilia corrumpantur, ſed bene

*Gal. lib. 1. de comp. med. per gen. tex. 3.*

*Galen. 13. meth. med. cap. 16. & lib. 1. de arte cur. ad glauc. cap. 10.*

bene verum eſt quod alterantur tantum, & multas facultates eorum ſeruari credendum eſt, quæ permanent integra, cum preſertim has non perfecte miſceant vt natura, ſic in compoſitione theriace, & mitridati, extat remedium ad omnia venena, quia in eis aceruata ſunt omnia quæ ad ſingula faciunt, & ſic de ceteris nam teſtatur hypocrates in libro de veteri medicina, quod multitudo medicamentorum potentior eſt ad humores prauos expellendos, corrigendos, ac etiã venena, quam vnum ſolum, adeo vt cauſa, & ratio componendi medicamenta hæc eſt, vt efficacius agant, altera vt pluribus affectibus ſuccurrant vt predictum eſt, in quibus mixtio ſufficit ſecundum primas qualitates, ne interim partes ſanas offendant, ſecundũ reliquas qualitates melius eſt vires integras remanere, ſed alia extat precipua ratio componendi, quam Galen. docet 3. metod. med. tex. 2. & in libro de theriaca ad piſonem, & eſt rationabilis, & artificioſa, quæ conſiſtit in cõtrariorum mixtione, vt ex his medium fiat, quod affectui, & naturæ cuiq; proprium

*Galen. 3. meth. med. tex. 2.*

ſit remedium, quæ igitur nimis intenſa ſunt, qualitatibus remittenda, aliorum mixtura, acria ebetando, imbecillia acuendo, & alia huiuſmodi faciẽdo, & variando, quod cuiq; ſimplicis medicamenti vitio, & hominum temperie, vbi vero aliquod fuerit vitio medicamenti, hic neceſſaria compoſitio, aut pręparatio, per quam commodum, & ſine noxa fiat medicamentum, & in hac compoſitione ſi adſunt medicamenta ingredientia corrigenda, quæ in exceſſu virtutis conſiſtunt, reſiſtimus cum adminiſtratione eius quod habeat, contrariam facultatem, prout erugini oleum, & ceram iniungimus, ſcamoneo ſuccum cidoniorum, & his ſimilia cuius rationem tetigit Meſues, quia non omnia cum omnibus conueniunt affinitatem enim quamdam requirunt inter ea, etſi adſunt aliqua medicamenta producentia aliqua ſymthomata, & quæ offendant membra principalia, iam corrigimus cum illis quæ affinitatem habent, vtputa cum ſcamoneo ad delendas omnes actiones maleficas admiſcemus bdelium, dragãtum, miuã cidoniorum,

&

& ne aliqua membra ledant, vt os ventriculi, & alia, admiſcemus aromatica, & odorata, vt vini quintam aſſentiã, & abſtringentia vt miua cidoniorum, vt dictum eſt ad hæc etiam requiritur quod vehiculum preſtet medicamentis vt in profundum penetrent, & ad certas partes ferantur, vt acetum facit oxirodino, & vinum album ad terram armeniam in venas ducendam, & nos in noſtra quinta eſſentia vini, quintam eſſentiam ponimus pro vehiculo, ad educenda medicamenta purgantia ad partes longinquiores ipſius corporis, vbi alia medicamenta ob craſſam ſubſtantiam tam in apozimate quã in forma pilulari aut in boli forma non eſt poſsibile, incertis morbis vtputa in xirris, & valde obſtructis, & exiſtentibus humoribus ualde craſsis, ac uiſcidis, & in partibus longinquiorib⁹, ut poſsint facillime permeare, & expellere, antea quam per calorem naturalem non retundatur uis medicamẽtorum, & ſicut dicebã in principio in cõtrariorum mixtione eorũq; refractione, utriuſq; cõtrarij reſultat quoddam medium inter ea.

## De modo inueniendi gradus, & qualitates compoſiti, ex equalibus ponderibus, aut doſibus.

## *Cap. III.*

ET ut unuſquiſq; in mixtionib⁹ cognoſcat gradus qualitatum primarum, quæ licet ſint infinite nihilominus a philoſophis, & medicis, & à Gal. lib. 1. de compoſ. medicam. per generalia cap. 2. in quocunq; ſimplici uel mixto ad quatuor gradus includi, primus gradus tanquam minimus intelligitur, per quem aliqua quidem alteratio in corpore fit, ſed tamen obſcura, ſecundus per quem manifeſta eſt non tamen offendens tactum, tertius ubi iam aliqua leſio ſentitur non tamen corruptio, quartus, & ultimus per quem corruptio particulę infertur cui applicatur, hos gradus, & in caledis, & in frigidis, & humidis, & ſiccis, animaduerterunt, licet in humidis minus, ob actio-

*a Gal.libr. 1.de cõpoſ. medic. per gen. cap.2.*

actionis imbecillitatem, aducunt enim Galeni experimentum qui cum equales aquæ frigidæ, & calidæ portiones miſcuiſſet, & temperatas reddidiſſet, inquit non efficere ſenſibilem operationem ſecundum alteram qualitatẽ, niſi illa ad minus duppletur, quod ſi in primis id fiat ergo, & in reliquis immediate ſequentibus fieri putant, cum eandem ſeruent proportionem, hanc enim ſententiã Auerrois multis rationibus impugnãt, quas Nos ultro omictimus, acritur enim eas refellit Arnaldus, & ſic omnis intentio, & remiſsio ut ſuperius dictum eſt, fit propter admiſtionẽ contrarij, & ſic neceſſe eſt ut quantum de contraria qualitate auferimus, tantum altera intendatur, & quantum una intenditur, tantum altera remittitur, per Gal. 3. lib. ſimplic. medic. facult. text. 8. magis enim calidum eſt quod minus habet de frigido, & e, conuerſo, per Ariſt. lib. 5. phiſic. text. 19. in mixtione fiat igitur mutatio de quarto gradu ad tertium, cuius mẽſura iam nota eſt, fit enim per ablationem unius primæ menſuræ, ut quatuor ad tres redducantur,

*Gal. 3. lib. ſimp. med. facult. tex. 8.*

*Ariſt. lib. 5. phyſic. tex. 19.*

tur, neceſſe eſt, igitur ut una equalis menſura de oppoſita oriatur, quæ non inerat in extremo quarti gradus, ſic cum tertius ad ſecundum minuitur, altera equalis de oppoſita additur, iterum cum ſecundum ad primũ tranſit, tertia menſura de oppoſita accedit, nam diuerſa temperamẽta compoſiti oriuntur, pro diuerſa proportione quantitatum ex Galeni exemplo ſecũdo chatagoges cap. ſecundo, ut ſi equalem aquæ frigidæ, & calidæ, quantitatem miſcuerimus, temperatam fieri, ſi altera augeatur diſcedere a temperato uerſus predominans, preterea ut uirtus ſecundum gradum eſt determinata, ſic & ſecundum quantitatem unius cuiuſque medicamenti certa quantitas requiritur, ut preſtare poſsit opus ſecundum proprium gradum, quæ ſi minor ſumatur, deficiet in ſua actione, ideo non poterit alterare uſque ad proprium gradum ſed minus, ſi uero augeatur non ulteriorem gradum inducet, quia nõ poteſt, cum igitur mel ponatur in ſecundo gradu calidum quantumcumq; eius ſumatur, aut alijs in miſceatur, ultra ſecũdum

*Gal. 2. chatag. cap. 2.*

gradũ

gradũ per ſe calefacere nequit ſcilicet: mixto cum alio ſibi equali in gradibus primarũ qualitatum,id circo inquit Galen. ſi uni uncie mellis iungamus unciam unam ſandalorum,qui mel, & ſandali, ambo habent gradus equales. mel calidos, & ſandali frigidos, nequaquam, fieri temperatum, ſed mixturã uergere ad frigiditatem, quia maior eſt uirtus frigiditatis in ſandalis, quam caliditatis in melle,ut igitur ad medium refrãgi, oporteret mellis quantitatem augere, aut ſandalorum quantitatem minuere, quo uſq; uirtus utriuſq; reddatur equalis, & actio componentium forte equalis fuerit, quando ſecundum proprias doſes exibentur, integris remanentibus eorum uirtutibus non refractis ex mixtione, ut ſi unum eorum calefacit corpus, alterum refrigerat, sic enim in corpore diſpoſitio fiat media inter componentium naturas, si uero alterius tantum dosis augeatur,alteratio uergit magis ad naturam predominantis, & quamuis igitur non fiat mixtio, & refractio medicamentorum, alteratio tamen ex utriuſq; perueniet in corpus,

qua-

qualitates enim cum ſecundum ſe indiuiſibiles ſint menſurari nequeunt niſi quantitate materie, vt tanta albedo, quanta ſuperficies, tanta frigiditas tãta aqua, hinc elementorum virtutes equales ab Ariſtotile ponuntur primo metheo. cap. 3. quia conſtant ex equali portione materiæ, & nec obſtat quod materia parua, denſa, habeat maiorem virtutem quam rara, & multa, & e, cõuerſo, quoniam loquimur de ſimplicibus ſimilibus in qualitatibus, ijſdem gradibus, vel ſimul intẽſis vel remiſsis, & in ſtatu naturali, & nõ preter naturam exiſtentibus, & dato quod contingat augetur vel minuitur quantitas contrarij prout ſupra, & ſic fiet alteratio equalis, & ſic poſſumus ex dictis hanc regulam certam, & perpetuam cenſere inueniendi gradum, & terminum gradus compoſiti, ex equalibus ponderibus aut doſibus, cuiuſcunq; gradus componẽtia fuerint, medium ſemper fieri quod ęque diſtet a gradibus cõponentibus.

An

## An ea quæ remiſſe purgant remittant vehementer purgantia.

### *Cap. IV.*

EST querendum in hoc capite an, ſicut in alterãtibus medicamentis prout in ſupradicto cap. dictum eſt, ea quæ ſunt remiſſa remittant intenſum, ita etiam, & in purgantibus, ea quæ remiſſe purgant remittant vehementer purgantia hoc enim nobis negotium faceſsit, propterea quod ſi remiſſum remittit intenſum, varianda erit doſis, alterum eſt quia ſemper purgantibus admiſcentur alterantia quę correctoria dicuntur, de doſi eorum videndum eſt, an ſit certa methodus adhibendi in purgantibus.

Circa primum vt ſententiam meam explicitam habeatis, duo ſunt conſideranda vna eſt differre purgantia veluti conſtituit Auerroes in fine quinti colliget.ſecundum gradus, ita vt alia ſint primi gradus, alia ſint

ſecundi, alia tertij, alia quarti, vel quod alia ſint leuia, alia mediocria, alia vehementia, ſecundũ conſiderandũ eſt aliã eſſe rationem remiſsionis in purgãtibus, & aliã in alterantibus; in alterantibus eſt remiſsio per cõmiſtionẽ contrarij, exempli gratia aqua tepida remittit feruentem, prout recenſet Galen. 3. de ſimplic. med. facult. cap. 8. eo quod in aqua tepida eſt gradus frigiditatis, cuius merito remittitur feruor aquę calidæ, & feruentis, in purgantibus autem non eſt remiſſio ratione contrarietatis, ratio eſt, quia omnia purgantia a proprietate ſpecifica purgant, cum autem vnica sit ſpecifica proprietas, ratione iſtius non eſt contrarietas, & propterea nõ dicitur remiſſũ medicamentũ purgans, propter admiſtionẽ contrarietatis, ſed ad opus purgantis medicamenti, vltra requiritur acuitas, ſeu mordicatio tanquam inſtrumento, & conditione sine qua non, cuius merito ſtimulatur natura, ſeu vis expultrix ad expurgandum, dicuntur itaq; purgantia alijs remiſsiora, ratione iſtius maioris aut minoris acuitatis, hoc habemus

*Gal. 3. de ſimplic. med. facul. loc. cit.*

ex

ex Galen. in libris quos, & quando purgare oportet, & hoc etiam ait Galen. omnia purgantia eſſe quodam modo naturæ inimica, quoniam medicamenta vincunt calorem naturalem, nutrimenta autem vincuntur a calore naturali, nam medicamenta alterant corpus per primas qualitates, vtputa vel humectando, vel calefaciendo, vel alterant corpus a tota ſubſtantia, prout ſunt purgantia medicamenta, prout nos recenſet Galen. 5. ſimpl. med. facult. cap. 1. his itaq; duobus conſtitutis hæc eſt opinio mea, purgantia mitiora non remittere vim purgatoriam vehementiorem, ratio habetur ex ſupra annotatis quia ſi remiſsio in alterantibus fit per actionem contrariam; inter remiſſum, & intenſum, & in purgantibus vt purgantia ſunt non adſit contrarietas formæ ſpecifice, qua propter fieri non poteſt, vt remittantur, aliter neceſſarium eſt nobis fateri, purgantia medicamenta nō purgare vnica forma ſpecifica, ſed qualitatibus contrarijs, quod autem non ſit forma ſpecifica purgantium contraria alteri, patet quia hæc pro-

*Gal. in lib. quos, & quando purg. hop.*

*Gal. 5. lib. ſimpl. med. facult. cap. 1.*

prietas ſpecifica eſt forma ſubſtantialis occulta, & à tota ſubſtantia, ſubſtantiæ, autem nihil eſt contrarium per Ariſtotilem.

Sed dicendum vnde naſcatur diuerſitas in purgantibus, iam dictum eſt naſci ratione minoris vel maioris acuitatis, ſeu mordicationis quæ tamquam inſtrumento proprio vtitur medicamentum purgans, dũ eſt actuatum, & conuersũ in minutiſsimas partes, demandatumq; per totum corpus, eumq; irritandum, virtutemq; expulſiuam, ad operandum, prout bene affirmant Fernelius, & Galen. in libr. 3. de ſimpl. med. facult. cap. 27. & 28. ac etiam oritur diuerſitas, quoniã vnicuiq; medicamẽto ineſt quædam potentia naturalis humorum atractiua, prout recenſet Galen. lib. 2. de elemet. cap. 4. & 5. vnde licet ſcamoneum, aloes, & Reubarbarum, euacuent vnicum, & eumdem humorem, hoc eſt ex ratione vnius cuiq. formæ ſpecificę eſt tamen diuerſitas inter ipſa, quia in aloe eſt minima acuitas, in reubarbaro paulo maior, in ſcamonio maxima, vt propterea quod ſi corrigere volumus medicamẽtum

*Gal. in lib. 3. de ſimp. med facul. cap. 27. & 28.*

*Gal. 2. de elementis cap. 4. & 5.*

tum purgans, metodo quodam eſt inueni-
endũ correctorium, quod vel etiã a propri-
etate ſpecifica, vel quomodocunq; remittãt
acuitatẽ medicamenti purgantis, quinimo,
quæ remiſſe purgant, miſta cum vehementer
purgantibus, non ſolum non remittunt, ſed
ipſimet intenduntur, & vim maiorem pur-
gatiuam ab illis accipiunt.

## De methodo inueniendi quæ corre-ctoria dicuntur in medicamentis purgantibus.

### *Cap. V.*

MISCENTVR corrigen-
tia purgantibus, vt retun-
dant eorum nocumenta,
quæ quidem quinq; ſunt
cauſæ, prima vel ratione
materiæ eueniunt ex vſu
purgantium, vel vt qualitates primas, aut
ſecundas, caſtigent, vel vt medicamenti fa-
cultatem debilem augeant, vel vt vim pur-

ga-

gatoriam minuant, vel vt purgans ad peculiarem aliquem locum deducant, tot ſunt cauſæ, & non plures, propter quas alterantia, & corrigentia miſcentut medicamentis purgantibus, & quia natura in omni mixtione proportionem quamdam ſeruat, ſic medicus imitator naturæ debet in huiuſmodi mixtione ſeruare aliquam proportionem, eſt uero proportio hæc dupplex, una ſecundum formam ſpecificam, ſola experientia inuencta, uerbi gratia dicit Meſues quod Scamoneum aduerſatur cordi, propterea inflammat, aperit uenas, Ambra e cõuerſo cõfortat, & roborat cor, criſtallus infrigidat, galla conſtringit cor, ſed quia neq; criſtallus, neq; galla habent proportionem ſpecificam cum ſcamoneo, & propterea tam etſi infrigident, & alia agant, nihilominus non admiſcemus ſcamoneo, neq; criſtallum neq; ambram, ſed cidoniorum ſuccum, bdelium, dragagantum, ex eo quod hæc præter alias, habent proportionem ſpecificam ad cor, & uirtutem, & proportionem ſpecificam, & archanam ad corrigendum ſcamonei defe-

ctus,

ctus, prout infra probabimus cum Galeno, & Meſue, & multis alijs Doctoribus, debet itaq; in mixtione purgantium primo ſeruari proportio ſpecifica, & a tota ſubſtãtia ut dictũ eſt, alia eſt proportio ſecundũ quãtitatẽ corrigentium, quæ etiam Meſue fuit incognita, ſed ſola coniectura rationali peruestigata, ubi miſcenda ſunt corrigentia purgantibus propter nocumenta euitanda qualitatum medicamentorum nobis aduerſarum, debet alterantium quantitas eſſe equalis quantitati purgantium, ratio eſt quia effectus formæ ſpecificæ ſequitur etiam equalem quantitatem, affero exemplum unciam unam magnetis trahit ferrum, ſi uolumus uim, eius tractoriam impedire copulamus ferro unciam unam adamantis, & quia proprietas adamantis eſt inimica proprietati magnetis, cum ſit in equali quãtitate, impedit actionem magnetis, ſic etiam ad euitanda nocumenta purgantium, neceſſarium eſt ut correctoria ſint in eadem quantitate cum purgantibus.

Sed aduertendum eſt huiuſmodi equalitatem

tatem poſſe ſeruari in uno, & in pluribus, verbi gratia Meſues dat colocintidem cum laudano, & miſcet equales partes laudani, & colocintidis, ſi vos vultis miſcere plura correctoria poteritis etiam hoc facere, modo omnium ſimul quantitas non excedat quantitatem purgantis, exemplum vultis dare granos ſeptem colocintidis, & vultis vti maſtice, & dragaganta, accipietis granos tres maſticis, duo camphoræ, & tantumdem dragagantæ, vt quemadmodũ colorintidis ſunt grani ſeptem, ita horum alterantium quantitas ſit granorum ſemptem.

Sed dicetis in hac mixtione camphora refrigerat, & cum refrigeret non corrigit nocumenta ſpecificæ, formæ colocintidis, quapropter maſtix quæ corrigit deberet eſſe in maiori quantitate, vt ſcilicet ſeruetur equalitas formæ ſpecificæ, reſpondetur id quod dicit Auerroes octauo methafiſicæ formas ſpecificas conſequi proprias temperaturas ſeu qualitates, & propterea ubi retũduntur temperaturæ ſeu qualitates primæ diminuitur etiam facultas forme ſpecifice, & prop-

terea

terea cum in mixtione a frigiditate campho-
ræ cidoniorum, ſit remiſſa caliditas colocin-
tidis, conſequenter etiam remiſſa eſt facul-
tas purgatoria, & aduerſa nobis, idcirco mi-
nori eget quantitate alterantis a forma ſpe-
cifica, quoniam vt ſupra monſtratum eſt fri-
giditas illa camphoræ tollit vim irritatiuam
ſeu acutiem colocintidis, & conſequenter
vim purgatoriam, idcirco minori eget quã-
titate alterantis a forma ſpecifica.

Sed vt tute poſsimus progredi in medi-
camentis purgantibus, debemus querere, &
admiſcere corrigentia quæ à forma ſpecifica
ſi inueniri poſſunt, & ſecundum etiam pri-
mas qualitates retundant nocumẽta, & cor-
rigant, & remittant acrimoniam medica-
mentorum purgantium, & in quantitate
illa prout ſuperius plene dictum eſt, ſi vero
fiat mixtio propter primas qualitates, ita vt
vultis addere alterantia ad qualitates pri-
mas caſtigandas purgantis debet correcto-
rium poni in maiori quantitate quam pur-
gans, verbi gratia, ſi purgans quod dabitis
fuerit calidum in ſecundo gradu, debent

etiam corrigentia frigida eſſe in ſecundo gradu, ſed in maiori tamen doſi, niſi interdũ contingat vti narcoticis ſeu frigidis in quarto gradu, quæ in hoc caſu neceſſarium eſt omnino quantitatem eſſe, propterea Galen. quando vult retundere quantitatem caſtorei cum opio, non apponit maiorem quantitatem opij ſed in equali pondere, vbi admiſcere vult alia medicamenta frigida in ſecundo gradu ſemper apponit in maiori quantitate medicamentum alterans, quare ſi velimus refrigerare ſcamonei facultatem accipiemus granos quinq; vel ſex ſcamonei, camphoræ granos ſemptem vel ſcropulum ſemis, vel ſeminis lattute ſcropulum ſemis ita vt ſeruemus maiorem quantitatem refrigerantis quam ſcamonei, ſicut ſi corrigere velitis propter ſecundas aut tertias qualitates eadem ratio ſeruanda eſt quam monſtraui in corrigendis primis, vt ſcilicet: ſemper in equali quantitate apponantur correctoria, ſi vero debent admiſceri alterantia vt augeant vel minuant facultatem purgatiuã debent eſſe in minori quantitate, nam ſi vul-

tis

tis mouere nauim adhibetis decem homines qui ſi non ſufficiant non ſtatim adhibetis alios decem ſed duo aut tres, ſic etiam ſi velimus verbi gratia Aloem dare atq; acuere magis qualitatem aloes accipiemus aloes drammas duas alterantium ſcropulos duos, atq; ita id fiet quod optamus, vt vis purgatoria aloes augeatur hanc proportionem ſeruauit Galenus 7. metod. text. 2. in componenda ſua iera nam vbi voluit augere facultatem aloes addit tertiam partem medicamentorum alterantium quæ poſſunt augere ipſius facultatem, idem dicendum de reubarbaro, ſi eius facultatē velimus augere accipiemus reubarbari ſcropulos quinq; ſpice cinnamomi, ſquinantis, ana ſcropulum ſemis atque ita augetur facultas reubarbari, & ideo non miremini quod interdum medici miſceāt correctorijs modo plus modo minus, quia hoc faciunt propter varias, & diuerſas quas habent intentiones, quia coguntur alijs ſcopis quantitates diuerſas proponere, ſi volumus minuere facultatem purgatoriam eandem rationem quam dixi

*Galen. 7. meth. tex. 2.*

ſeruabimus ſcilicet quantitas alterantium minor miſceatur, nam quintus preceptor Galeni cum haberet in animo diminuere facultatem purgatoriam colocintidis, & ſcamonei addit bdelium,& maſticem ſed in minori quantitate verbi gratia vos qui vultis imitari quintum hac in re accipietis ſcamonei, & colocintidis ana granos tres maſticis bdelij ana granum vnum ita vt adhibeatis tertiam partem medicamentorum abſtringentium, & diminuentium facultatem nimiam purgandi colocintidis,& ſcamonei, quod dico de his vehementibus purgantibus idem etiam putatote dictum eſſe de mediocribus.

Si poſtremo volumus admiſcere medicamenta correctoria pro vehiculo, vt producant purgantia ad aliquem locum peculiarem,erunt miſcenda in ea quantitate quæ ſit ſufficiens ad id agendum quod optamus, id autem vanum erit, quia ſi purgantia erunt mediocria ſufficiet producentia eſſe in octaua portione, verbi gratia volumus agaricum deducere ad renes, vt purget pituitam

re-

renum, accipiemus agarici ſcropulos quatuor accori ſcropulum ſemis vel paulo plus, aut minus, ſi medicamenta erunt vehementia, quantitas perducentium debet eſſe in equali portione vel paulo plus.

Sed dicetis ſi medicamenta erunt vehementia, quantitas perducentium cur non debet eſſe minor audite rationem medicamenta vehementia dantur in exigua quantitate ad grana vix deducentis ad aliquem locum, & ſic poteſt cōſiſtere in parua quantitate, propterea ſi velletis horum medicamentorum perducentium minorem quantitatem traddere, vanum eſſet verbi gratia ſi placeret colocintidis perducere ad purgandos oculos dabitis eius granos ſeptem vel octo ſi vultis apponere puluerem feniculi vel eufragiæ granos quatuor nihil efficietis quia hæc vis non poteſt conſiſtere in tanta exigua quantitate, ideo neceſſarium eſt ſi accipiatis colocintidis granos octo, tantumdem accipietis corrigentium, vel etiam granos decem, atq; ita efficietis medicamentum accomodatum, & quod in his monſtra-

ſtratum eſt idem etiam putatote monſtratum in omnibus alijs, atq; hæc eſt ars, quam ſi teneatis non poteritis errare in miſcendis purgantibus cum correctorijs.

Notate tamen hanc regulam, & methodum noſtram ſeruandam dum taxat eſſe in mediocribus purgantibus, & vehementibus, quia lenientia non tam exquiſitam poſtulant rationem doſandi.

## Quid ſit Quinta eſſentia.

## *CAP. VI.*

SED antequam ad ingredientium medicamentorum examen deueniamus, quoniam in hoc opuſculo agitur de quinta eſſentia purgatiua, opere pretium eſt vt primo ipſius quintæ eſſentiæ diffinitionẽ agrediamur, nam ex Raymundo Luglio qui primus inſcripſit quem ſequuti ſunt Ioãnes de rupeſeſſa Brũſuic, Vlſtadio, dicitur, poſſe

extrahi quinta eſſentia ab omni planeta, metallis, & animalibus, & ſic diffinitur ſeu deſcribitur, vt ſit ſumma, & celeſtis eorum facultas, & virtus tenuiſsima, quæ cum vigore totius eſſentiæ, & puritatis abſq; aliqua quantitate elementali aut ſenſibili, licet non ſine qualitatibus ſuis, & uirtutibus, & tali pacto conſeruat ſanitatem corporis humani prolongat iuuẽtutem, retardat ſenectutem, & faciliter morbos expellit, & datur dupplex quinta eſſentia alia ſimplex, & alia cõpoſita, ſimplex eſt illa quæ ex uino tãtum efficitur aut celidoniæ fragarum, antimonij, &c. compoſita autem dicitur illa quando adduntur aliqua remedia ad aliquam quintam eſſentiam ſimplicem perfectam, adeo ut actrahat ad ſe uires illorum medicamentorum, & ad hæc poteſt annouerari, & componi aurum potabile, hæc in quam cum ſit tenuiſsima poteſt conſeruare uires, & uitam prolongare, quia ratione tenuitatis miſcetur cum humido, penetrando etiam partes denſas, & ſic ſegregat excrementa quæ inueniuntur, quolibet impurum expellendo, &

cali-

calidum naturalem reſtaurando, ita quod uirtus cuiuſq; mixti lateat in quinta eſſentia uel calida uel frigida uel humida uel ſicca, & operatur ſicut prius in ſuo mixto, ſed cum modis, & effectibus magis celeſtibus, & mirabilibus.

## Quomodo mixta intelligantur eſſe calida vel frigida.

## *Cap. VII.*

*Gal. in lib. de ſimplic. medic. facult. cap. 24.*

ET quoniam per Galen. in libr. de ſimplicium medic. facult. cap. 24. impoſsibile eſt aut probe ipſum medicamentum cõponere aut eo quod ab alio compoſitum eſt idoneæ uti antequam ſimplicium medicamentorum facultates pernoueris, propterea prius à ſimplicibus ingredientibus noſtram cõpoſitionem uiribuſq; eorum oportet incipere.

Eſt tamen notandum primo quod quãdo

quæ-

queritur in quocunq; mixto, an ſit calidum, frigidũ, vel ſiccum, &c. non debes intelligere ſimpliciter tantum, ſed quod ſit ſolummodo vel calidum, vel humidum tantum, quia in elementis quæ ſunt ſimplicia vt aer, & aqua ſunt humida, vel calida ſimpliciter, mixta uero quæ conſtant ex quatuor elementis, & conſequenter omnibus primis qualitatibus intelligendum eſt, quod vel mixtum ſit frigidum largius, vel frigidum partius, alij autem ſunt in ſubdominio hæc autem ſunt formalia verba Galeni in libr. 1. de tẽper. cap. 6. & ſic lactuca eſt calida quia ipſa conſtat ex elementis calidis, prout ſunt omnia alia mixta, & licet ſtẽt in eſſe refracto, nihilominus dicitur frigida quia non eſt tam calida intenſe ſicut allia, & piperes, & allia ſunt frigida tum etiam piperes, ſed non ſicut lattuca quia lattuca eſt frigida largius piperes, & allia frigida parcius, comparatis ſemper temperaturæ corporis humani veluti regula prout Galen. lib. 5. ſimplic. med. facult. cap. 6.

*Gal. lib. 1. de temper. cap. 6.*

*Gal. lib. 5. ſimp med. facult. cap. 6.*

His habitis, eſt videndum quæ ſint ingre-

dientia in noſtra compoſitione, & quæ ſint eorum vires, & qualitates.

Ingredientia ſunt hæc, videlicet aqua uitis, deſtillata eo modo quo infra dicetur: ſcamoneum, perfectiſsimum recens, reubarbarum, indianũ, ſcilicet mechioacam, bdeliũ, vel dragagantum, ſiruppus cidoniorum, iuleppus violatus, ius gallinaceum, & ſaccarum.

## De vini quinta eſſentia ſeu aqua viti.

### *CAP. XIII.*

DE viribus quintæ eſſentiæ vini eiuſq; qualitatibus, incipiendo à vino extrahitur eius quinta eſſentia quę ſimplex dicitur, cum de cõpoſita iam dictum eſt ſuperius, & extrahitur a vino optimo guarneto, & ſi non aderit guarnetum a quolibet vino albo tenui non valde vetuſto quod quidem vetu-

vetuſtum eſt magis calidum recenti prout affirmat Gal. 3. lib. ſimpl. medicam. facult. cap. 20. & 8. lib. ſimpl. medic. cap. de vino, & 2. de loc. affect. cap. 9. & de precognit. ad poſtum. cap. 2. & vt extrahamus vini quintã eſſentiam perfectam poteſt fieri optime eo modo quo doctores in deſtillando commendant prout Auicenna, Bartholomeus, Montagnana, Raymundus, Luglio, Albertus, Dioſcorides, Hyeronimus Cardanus, & multi alij Doct. volunt iſti quod ex quatuor menſuris vini in prima deſtillactione extrahatur media pars, in ſecunda deſtillatione, tertiam partem extrahi, in tertia, ex quinque partibus amictas unam, quartam autem deſtillationem uanum eſt tentare, ego autem expertus ſum modum faciliorem, & abſq; labore tantiq; temporis amiſsione, & unica tantum deſtillatione facere perfectiſsimam ac ſi in tribus alijs efficeretur, modus eſt hic habeas Elammicum magnum cum collo lõgo, recto, uel anguillari, ſpacio trium palmorum, uel uitreum, aut terreum, uel ereum, licet terreum ſit magis laudabile bene luta-

*Gal. 3. lib. ſimpl. med. facul. cap. 20 & 2. de loc. affect. tex. 9. & de precognit. ad poſtũ. tex. 2.*

tum prout uulgariter diſtillatores uocant (il matarazo,) pone vinum ut ſupra dummodo tertia pars elambici remaneat uacua, & in orificio colli ipſius ponas ſpongeam, ſuper illam ſpongeam optura orificium ex linteo ex filodente dictum rarum, & tenue, & madefacias ipſum linteum oleo communi propter quam diligentiam non tranſeunt niſi uapores tenuiſsimi, & aerei, & flēma ſeu partes craſſe non tranſeunt ratione lintei oleo madefacti, & poſito linteo, ponas cohoperculum ſeu (cappellum) uitreum ut uocant, bene ligando, & obturando coniuncturas ne fumus ſeu uapor poſsit exire ſic lento igne extrahendo, & probando cum lucerna accenſa in catino, comburendo dictam aquam uitim, & dum accenditur, & in fundo catini nihil remanet flegmatis, tunc ſeruetur in uaſe uitreo bene opturato rubea cera, pro noſtra compoſitione, quas quidem uires prędictæ aquæ uitis ſunt hęc, primo ex Arnaldo de Villanoua Theodorico, & alijs frāgit a poſtemata intrinſeca per os abſumpta, & madefaciendo partem affectam,

emen-

emendat oculos rubeos, & caliginoſos, reſtringit fluxum lacrimarum, iuuat paraliticis, intellectum, acuit, memoriam reſtaurat, letificat, & iuuentutem conſeruat, & per os abſumpta cōfortat calorem naturalem melius quocunq; remedio: ſalutifera eſt uentriculo, epati, & cordi, habet maximam familiaritatem cum natura humana, aperit venas per eas tranſiendo confortat, facit homines ingenioſos, & animoſos, & abſumpta per os corpore ieiuno tollit capitis dolorem cauſatum ex frigido humore, uel ex quacunq; oppilatione interna cauſata per conſenſum, & extrahit uirtutem ſeu quintam eſſentiam ab omnibus ſimplicibus preter uiolam, & ſic ea mediante poterimus extraere abſque deſtillatione per infuſionem tantum quintam eſſentiam ſeu uirtutem, nō ſolum omnium ſimplicium medicamentorum purgantium, ſed quorumcumq; ſimplicium, eorumq; quantitatem abreuiare, ac ægris commodiora reddere, coitum conſiliat per os, iuuat epilepſiam, & expellit lapidem ex renibus, & ueſsica, facit mulieres fe-

cun-

cundas, & curat omnes dolores articulorum, & dentium, ad urinæ difficultatem, ad tertianam, ad quartanam febrem, prouocat menſes, & deniq; ad omnia ulcera interna, & externa a forma ſubſtantiali, tollit lentigines uolatiles, & quamcunq; maculam ab ipſa facie, expellit pituitam, iuuat maniacis, & malancolicis, expellit uenenum, & conſeruat carnes, & piſces à corruptione.

### An aqua ardens, ſeu aqua vitis ſit tantæ vehementis caliditatis quemadmodum omnes imaginantur.

### CAP. IX.

ANTEQVAM deueniamus ad qualitates aquæ vitis, quia à vino horitur opere precium eſt prius de vini qualitatibus verba facere. Vinum ex Galen. 1. libr. de temperamentis cap. 6. eſt humidum, & Hipocr. in lib.

*Gal. in lib. 1. de tēperamentis*

lib. de rat. vict. in morb. acut. comt. I. tex. 22. ponit eum humidum, & magis humidum quam thypſana, & Galen. 1. de ſanit. tuenda cap. 11. ponit eum calidum, & humidum, & hæc ſunt formalia verba; vinum habet vim humectandi, ac bilem attemperandi, ac per lotium, & per ſudorem euacuandi, & 5. de ſanit. tuend. cap. 8. vinum ponit humidum, & ratione ſuæ humiditatis frigidos morbos parit, & idem Galen. in lib. 1. de cauſis morborum tex. 3. hoc preſuppoſito clarum eſt quod ex omni corpore in calefacto euaporat id quod tenuius eſt, aereum, & aqueum, precedente tempore, & aucto igne euaporant, partes craſsiores, & terræ magis herentes, in quibus igitur ineſt multum aereæ naturæ cum aquea ſubſtantia vt in vino, liquor primo deſtillãs aereus eſt, & humidus, tenuiſsimus, & combuſtibilis, ſicut oleum, quæ aqua ardens vocatur, cui ſuccedit aqueus ſine viribus, & in magna copia, ſi vero quis eius feces ingenti igne cogat aſcendere, colliget liquorem terreum, cui ineſt ignea ob

*cap. 6. & Hipocr. lib. de rat. vict. in morb. acut. comt. 1. tex. 22. & 1. de ſanit. tuend. cap. 11.*

*Gal. 5. de ſanit. tuẽd. cap. 8.*

*Gal. lib. 1. de cauſis morb. text. 3.*

vehe-

vehementem alterationem ab igne factam, & aquiſitam, prout contingit calci, & omnibus corporibus aduſtis, ſolus igitur primus liquor retinet vini aliquas partes ſpirituoſas, ſcilicet ſubſtantiam hodoratam, a reliquo corpore ſeparatam, quæ multas vtilitates auferre poteſt, nam citiſsime omnium peruadit ad intima corporis, ſubſtantia eſt affinis naturæ humanæ, ſpiritus reficiens, & calefaciens, non tamen relinquens impreſsionem caliditatis in corpore ob maximam tenuitatem, ideo ſi frigidis, & purgantibus copuletur, refrigerationem, & purgationem adiuuat ob penetrationem, & vehiculum, neq; etiam neceſſe eſt omne combuſtum calidius eſſe non combuſto, contra enim accidit in quibuſdam ſimplicibus in quibus ſubſtantia calida euanuit in combuſtione vt contingit calciti, & calcanto quod enim inerat combuſtibile, & calidum in igne abſumptum eſt, ideo reduntur minus calida quod ſi poſt combuſtionẽ abluantur, amiſſo ignis veſtigio in totum frigida reduntur, idem patitur vinum quando in acetum conuerti-

uertitur, aut cum per deſtillationem aſſumitur calor vini, & extraitur eius pinguedo, quæ aqua ardens vocatur, cõfirmatur vtiq; ex Ariſt. 2. de generatione, & corruption. tex. 9. vbi ait humidum id inquit eſt quod proprio quidem termino in determinabile, eſt, facile terminabile exiſtens, tali pacto eſt aqua vitis ergo humida dicitur.

*Ariſt. lib. 2. de generation. & corrupt. tex. 9.*

Nec obſtat dicere quod aqua ardens ſit acris quoniam acrimonia quæ eſt in tenui materia prout eſt aqua ardens dato quod mordicet per Galen. in lib. 4. de ſimplic. medicam. facult. cap. 2. non relinquit tamen ueſtigium caliditatis, & acrimoniæ prout ſupra, precipue quando eſt extracta modo prędicto, ut enim flamma aquę ardentis minus urit quam paleæ, & hæc minus quam lignorum, ac etiam olei lignorum, quoniam acrimonia in tenuiſsima ſubſtantia minime omnium calefacit, qualis eſt, quæ in camomelo, aqua uiti, & alijs habentibus potentialem caliditatem, non enim aqua uitis tranſcendit primum gradum.

*Gal. lib. 4. ſimp. med. facult. cap. 2.*

Nec ualet iterum inſtare aqua ardens eſt

acris ſaporis, ergo calidiſsima, quoniam reſpondetur quod nõ propterea quia eſt acris eſt calida:

„ Nam ſi quis illud concedat, quidquid „ mordax fuerit eſſe tenuium partium, non „ ſtatim, & calidum conceſſerit prout Ga- „ len. 1. ſimplic. medi. facult. cap. 23. nam „ dicit ipſe quod aer borealis eſt acer, non „ tamen calidus.

*Galen. 1. ſimpl. med. facul. cap. 23.*

Vlterius acetum eſt acerrimum, & nihilhominus frigidum eſt, & ſiccum, & licet habeat aliquam caliditatem acetum illa, eſt axititia, & per accidens, reſultans ex putredine vini, nõ ſic dũ extraitur aqua ardẽs nã ibi nõ adeſt putredo ergo, & nec caliditas per accidens prout in aceto prout vult Ari. Theofraſt. & Galen. 4. libr. ſimplic. med. facult. cap. 3. ſed re vera, & naturaliter acetum frigidum eſt, & ſiccum prout nos docet Galen. in libr. 1. de ſimplicium medic. facult. cap. 24. & ſic non omnia quæ ſunt acria ſunt calida neceſſario, quoniam Galen. 4. ſimplic. med. facult. cap. 19. ait:

*Gal. lib. 4. ſimp. med. facul. cap. 3.*

*Gal. lib. 1. de ſimplic. med. facul. cap. 24. & 4. ſimplic. med. facul. cap. 19.*

„ Acres autem quicunque amari non

ſunt

,, ſunt multam humiditatem admiſtam
,, habent.

Vlterius multa sũt, quæ habent acrimoniam, & mordicant, & tamen refrigerant per Galen. 4. ſimplic. med. facult. tex. 2. & lib. 1. eiuſdem cap. 23. & dato quod aqua ardens habeat acrimoniam (quod nos negamus habere dum extraitur modo predicto) iam retunditur, & eſtingui poteſt cum corrigentibus frigidis qua remiſſa remanet ſecundum ſuam naturam aerea prout ſuperius probatum eſt.

*Galen. 4. ſimp. med. facult. tex. 2. & lib. 1. cap. 23.*

## De viribus ſeu electione ſcamonij.

### *C A P. X.*

ELIGI debet ſcamonium quod pellucidum ſit, non ponderoſum quod ſit fungoſum colore ſimile glutini taurino, quod tenues habebit diſcurrẽtes venas, ſpongioſum, frangibile, & lacticinoſum.

Sed nota quod huic ſigno vtputa lacticinoſo tantum non eſt fidendum, ſed debet hoc eſſe copulatum cum ſupradictis alijs ſignis, ratio eſt quoniam ſolent adulterare ſcamoneum cum ſucco herbæ vocatæ lactariæ ratione cuius poteſt lac etiã emanare, ſed cognoſcas differentiam nam quando producit lac, quod lac reſultat ex lactaria, & nõ ex vero ſcamonio tunc, & eo caſu appoſita lingua multo feruore linguam incendit, ſecus eſt dependens a vero, & non adulterato

ſca-

ſcamoneo.

Nota quod ſcamonium eſt eligendum recens, nam ſi eſt antiquum ex Abige vrinam prouocat, aluum coibet, vt per Serapionem in lib. naturalium quæſtionum, commendatur autem ſcamonium ex Dioſcoride in lib. 4. cap. 177. per os exibitum ad educendam per inferna bilẽ, & pituitã, & quod purget, pituitam, affirmat Io. Mattheus de Gradi fol. 31. col. 1. cap. de letargo purgat etiam craſſa, mucoſa, prauaſq; a corpore ſuperfluitates, calidum eſt, & ſiccum calore nimirum vincente ex Serapione de ſimplic. medicamẽtorum hiſtoria libr. 4. cap. 71. ventriculo tamen nocet, & cauendum eſt ne noceat vẽtriculo, vt obtundamus vim medicamentariam nocentem ventriculo, vt puta aniſo, dauco, appij ſemine, ac piperis radice, nos autem addimus aquam vitim, & bdelium, nam bdelium ex Galen. in lib. 7. met. med. cap. 4. enumeratur inter aromata, & ſic iſta duo confortant ventriculum particulariter, & cauendum etiam ne ſcamoneum curioſe, & ſubtiliter admodum contundatur, ne vẽ-

*Serap. de ſimplic. med. iſtoria libr. 4. tex. 71.*

*Gal. lib. 7. met. med. cap. 4.*

tri-

triculo adhereat, monent omnes doctores; (quod inconueniens non poteſt contingere, neq; id timemus in noſtra quinta eſsētia) cum non ſubſtantialiter ſed virtualiter ingrediatur ventriculum, & conſequēter cor, cerebrum, yecur, & totum corpus, & ſic cum ſuo vehiculo tranſit efficiendo ſuas operationes abſq; nullarum partium leſione, ac ex Galen. in lib. de catarticis tex. 4. ponitur ſcamonium calidum ſed inter calida in primo gradu quod quidem Galen. exibuit cum ſero ad purgandam inuito, & clam mulierem laborantem herpete in malleolo vt 14. met. med. cap. 17. & exibuit illum abſq; preparatione, & correptione, & vocat illius lac tali pacto, diagridium, vt videre eſt in libr. 2. de dinimidijs cap. de diagridio, & Auic. dat etiam illam colice cauſatæ ab ili vt in lib. 3. fen. 16. text. 19.

*Galen. lib. de catart. tex. 4.*

*Galen. 14. met. med. cap. 17.*

*ex Gal. lib. 2. de dinimid. cap. de diagridio, & Auic. lib. 3. fen. 16. tex. 19.*

De

## De viribus ſeu electione Bdelij.

### Cap. XI.

BDELIVM lacrima eſt arboris arabicæ, ac ſaracenicæ optimum eſt illud quod guſtu amarum trāſlucidum tuurino glutini ſimile, affertur etiam ex media adulteratur admiſto gummi, verum quod tale eſt inguſtu, minorem habet amaritudinem, & incenſum, minore odoris bonitate ſentitur, & ex Diaſcoride in lib. 1. cap. 81. bdelium habet vim calefaciendi mollien diq; tumores omnes, potum calculos frangit, & vrinā pellit, contra morſus veneficos datur, prodeſt contra rupta conuulſa, lateris dolores, & errantes inflationes in potu aſſumptum, eſteriores illitum, priuatim vero vim medicamentorum moleſte purgantium obtundit ne inteſtina ledant, & hemorroidibus etiam

*Dioſcorides lib. 1. tex. 81.*

opi-

opitulatur ita etiam affirmat Yſac, & Ebenu uambram, & Galen. in libr. de vtil. reſpir. cap. de bdelio durities neruorum, emollire, & ſtricturas relaxare, & purgat etiam pituitam, e corpore, exibitum per os, per Galen. in lib. 2. de dinamidijs cap. de bdelio, & in potu abſumptum arabicũ bdelium frangit calculos renũ, & veſsicę, vrinas prouocat, & crudorum flatuum diſcurſus opitulatur, & alias optimas vires obtinet prout videre eſt Galen. in libr. 6. de ſimplicium med. facul. cap. de bdelio, & deniq. calidum in fine primi gradus vt nos docet Gal. in lib. de oculis tex. 3.

*Gal. in lib. de vtil. reſpir. cap. de bdelio.*

*& Gal. in libr. 2. de dinamid. cap. de bdelio.*

*& idẽ lib. 6. de ſimpl. med. facul. loco citato.*

*Gal. in lib. de ocul. tex. 3.*

De

## De electione ſeu viribus reubarbari indiæ vtputa meccioacam.

EX Menardo in libr. de ſimplicium med. iſtoria cap. 20. relatum eſt quod tantam fidem Indiani habent medicamento vocato meccioacam quod relinquerũt vſum reubarbari barbariæ, & mutando nomen vocant meccioacam, reubarbarum indiæ, & relictis omnibus alijs medicamentis purgantibus hoc ſolo vtuntur. *Menard. in libr. de ſimp. med. iſtoria cap. 20.*

Eligi debet recens quod cognoſces dum eſt exeſus a carie, nec niger, ſed albus, ad poſſibile, ſapor debet eſſe inſipidus, & aſq; mordicatione.

Nota tamen quod adulteratur, & eſt ſimilis radicibus brioniæ, & differẽtiam cognoſces quoniam radix brioniæ in guſtu eſt valde mordicatiua, meccioacam autem, aſq; mordicatione, eſt autem meccioacam calidum in primo gradu, & ſiccum in ſecundo

ex eo quia eſt cõpoſitum ex partibus aereis, & tenuioribus cum aliqua ſtipticitate, quia purgando corroborat partes, aliqui dicunt ob ſaporem inſipidum, eſſe humidum, quod non eſt diſputãdum, ſufficit quo ad noſtram intentionem, quod ſit ſolutiuum cum maxima ſecuritate, & felicitate, euacuat enim hoc reubarbarum, humores bilioſos craſſos, permiſtos, ac etiam humores pituitoſos cuiuſcunq; conditionis ſint, ac etiam humores viſcoſos, & putridos, ac vtramq; bilem, ac etiam euacuat aquam citrinam in hydrope, cum maxima felicitate, habet principaliter reſpectum ad iecur, eum mundificando, & confortando, ac etiam alia membra ſibi coniuncta vt eſt ventriculus, lien, curat quamcunq; obſtructionem prædictorum membrorum, ac etiam omnes morbos cauſatos ab obſtructionibus, prout sũt hydropis ſpecies, quoniam ſua bona operatione, & temperamento retificat malam epatis complexionem, ac curat omnem icteritiam citrinã, & nigram, reſoluit ventoſitates omnes, & flatus hypocondriacos reſoluit, ac aperit

omnem

omnem duritiem hepatis, lienis, vẽtriculi, & vteri, curat capitis dolores antiquos, mundificat cerebrum, & neruos, euacuat humores quæ ſunt in capite, curat tumores pituitoſos, & ſcrofulos, ac etiam in omnibus deſtillationibus antiquis ipſius capitis, in articulorum doloribus, tam particularibus quã vniuerſalibus, prout in gutta artetica, in paſſionibus ſtomaci, eiuſq; doloribus euacuando cauſas, & diſſoluendo ventoſitates, in veſsicæ, & vrinæ, paſsionibus, in dolore nefritico, & in colico dolore, ex quacunq; cauſa, mirum id modum confert, euacuat humores ab vtero, & ventoſitates, & precipue humores pituitoſos, & frigidos, in thoracis paſsionibus antiquis, prout in aſmate, tuſsi antiqua, multum confert, valet etiam renum paſsionibus cauſatis ab humoribus craſsis eos euacuando, & valde expertum in lue gallica, euacuando humores peccantes, qui vt plurimum ſunt frigidi, & maxime quando morbus eſt anticus, & denique euacuat mirabiliter cauſas febrium importunarum, quemadmodum etiam omnium febrium

compoſitarum, maxime inueteratarum, pro vt ſunt febres tertiane note, quotidiane, pituitoſe, & ſimiles, ſic etiã facit ad febres erraticas ac etiam febres cauſatas ex opilatione.

## De dragaganto ſeu gummi draganta.

### *Cap. XIII.*

*Gal.8 ſimplic. med. facult.cap. prop.*

DRAGAGANTA ex Galeno 8. ſimplic. med. facult. cap. prop. acrimoniam hebetat, & ex Abugerigh dragagãtum vim refrigerandi obtinet, nec non incidente aliqua humiditate, aluum ſubducit, & medicamentorum purgantium acrimoniam maxime obtundit, & ex Meſuarugiæ veſicæ eroſionibus, vlceribuſq; linguæq;, ac faucibus aſperis, egregie medetur, & ex Abige vim habet etiam humectandi, aluum mouet, in tuſsi vlceribuſq; pulmonis opitulatur, inteſtinorum vulcera glutinat, ad hæc medicamentis

mentis moleſte purgantibus, quam commode admiſcetur, vim enim illorum infrenat, ac precauet, quo minus medicamenta naturam ledant.

## De Gummi arabico.

### CAP. XIV.

GVMMI arabicnm ex Galen. in lib. de oculis cap. 5. frigidum eſt, & ſiccum, & ex Dioſcoride in libr. 1. cap. 134. miſtum cum medicamentis purgantibus acrimoniam retundit, & ex Abige frigidum eſt ac modice humectum, & medicamentis quoq; purgantibus quibus admiſcetur vim infrenat acrimoniamq; retundit.

Galen. in lib. de ocnlis cap. 5. Dioſcor. lib. 1. cap. 134.

De

## De ſyrupo cidoniorum.

### CAP. XV.

*Gal. lib. 2. de ſanit. tuend. cap. 58.*

CIDONIA ex Cardano lib. 2. de ſanit. tuenda cap. 58. & Meſues in cap. de citoneis ponuntur inter frigida, & ſicca, ac ventriculum roborant, ſcamonei vires violentas infrenãt, cor, exilerãt, eiuſq; imbecillitates ſubueniunt, ac venena omnia retundunt, & ex Dioſcoride lib. 3. cap. 15. affirmatur citonea ſtomaco eſſe accomodata, & bilioſo ventriculo proſunt, ventriculum firmãt, roborantq;, vomitumq; ſiſtunt, ſitim ſedant cum ſaccaro, ventriculum iecurq; roborant, & ex Caſtoredurante in lib. de natura ciborum in cap. de cidoneis ponit citonia frigida in primo gradu, ſicca vero in ſecundo, cor confortant, appetitũ conciliant, & ventriculum roborant, & ex Galen. lib. 3. de ſimplicium med. facult. capit. 15. non

*Dioſcor. 3. lib. cap. 15.*

*Caſtor durãte lib. de natura ciborum cap. proprio.*

*ex Gal. lib. 3. ſimplic. med. facul. cap. 15.*

pauca

pauca medicamenta purgantia ſolebant miſcere cum carne cidoniorum ob prædictos, & alios effectus.

## De Violis.

## *CAP. XVI.*

VIOLA omnibus nota eſt, & ex Galen. ſeſto de ſimplic. med. facult. cap. de Viola oſtẽduntur violarum qualitates, affirmante eſſe aqueę, & ſubfrigidæ ſubſtantiæ, & ex Dioſcoride libr. 4. cap. 122. affirmatur vim habere refrigerandi, & ex Aben. meſuas bilem potiſsimum flauam eijcit, & inteſtinorum inflãmationes extinquit, a qua quidem impoſsibile eſt extrahi eius quinta eſſentia ſeu virtus eo modo quo ab omnibus alijs miſtis ab aqua viti poteſt extrahi.

*Gal. 6. ſimplic. med. facult. cap. proprio.*

*Dioſcor. lib 4. cap. 122.*

De

## De iure gallinaceo.

### Cap. XVII.

*Card. lib. de ſanitat. tuẽd. cap. 15.*

EX Cardano lib. 3. de ſanitate tuenda cap. 15. vbi agit de carnibus gallinarum ponitur inter primas qualitates ius, calidum, & humidũ, moderate tamẽ, eiuſq; carnem Galen. temperatam cenſet, & idem Galen. lib. 2. ſimplic. medicamentorum facult. cap. alectorides recenſet ius gallinaceũ ſimplex retinendi vim poſsidet, ſicut gallorum veterum, ob quandam ſalſedinem acquiſititiam, ſubducendi, coquendi autẽ ſunt cũ ſale prolixiſsime, & ex Dioſcoride lib. 2. cap. 53. & 54. habemus aperte quod gallinacei iuſculum pro prauæ tẽperaturæ membrorum correctione, proq; ſtomaci eſtus depulſione, ac pro equalandis humoribus, ita vt nullum ſit vitium in humoribus, ratione eius humiditatis ac tẽperamẽti propinatur.

*Gal. lib. 2. ſimplic. med. facul. cap. cit.*

*Dioſcor. lib. 2. cap. 53. & 54.*

De

## De Saccaro.

### Cap. XVIII.

GALENVS in lib. de medicinis expertis text. vlt. circa finem ait medicamenta quæ debent ægris propinari ſint boni ſaporis vt ęger delectetur in ipſis, & diligat, & nõ debet vti eadem medicina diu ne fiat ei quaſi naturalis, & natura non amplius patiatur ab illa prout etiã Auicennæ eſt opinio, & caueas ne ſit tantæ quantitatis quoniam medicina quam infirmus habet in odio vel ratione ſaporis vel ratione quantitatis plus nocet quam proſit, & propterea in noſtro medicamento comendamus ſaccarum quod quidem ex Serapione, & ex Aben meſuari in lib. de ſimp. medic. doctrina cap. 85. ponitur qualitatis calidæ in initio ſecundi receſſus, & humidum circa medium primi, nutrit magis quã mel, aſtergit pituitam, lenit toracem, ventrem hume-

*Galen. lib. medic. expertis tex. vltim.*

*Serap. lib. de ſimpl. med. doctrina cap. 85.*

ctat, & ventriculum mundificat, confert renibus, veſsicæ, atque oculis, non eſt inimicū ſtomaco, nec facit ſitim vt mel. vt Galen. in lib. 7. ſimpl. medic. facult. cap. de melle, vbi etiam facit mentionem de ſaccharo.

*Galen. lib. 7. ſimplic. med. facul. cap. de melle.*

## In quo differat hoc nouum noſtrum medicamentum purgans ab alijs ordinarijs, & antiquis.

### CAP. XIX.

HABITA ingrediētium cognitione metodo ac rationibus, eſt cōponēdum hoc nouū noſtrū medicamentū purgans, differēs in multis ab alijs purgantibus ordinarijs, & antiquis in farmacopolis, & primo in quantitate, nam purgantur ægri cum vncia dimidia medicamenti purgantis, quæ quantitas aliarum purgantium, ordinarie ſolet fieri per quantitatem vnc. ſeptem, differt in guſtu, quia eſt ſuauior quam alia ſo-

lutiua

lutiua quoniam Galen. lib. 4. de ſanit. tuenda cap. 7. nos admonet vt quo ad fieri poteſt ſit medicamentum iocundiſsimum, ac etiam differt in operatione ſeu effectibus, & primo quod magis refert eſt penetratiuum, quia habet vehiculum tale, vt transferat, & deducat vim medicamentorum ad partes longinquiores, & per vaſa anguſta pertranſit tamquam ſolis radium, & velociter in locis in quibus non poſſent peruenire ac permeare faciliter, & forſan impoſsibiliter alia antiqua medicamenta craſſæ ſubſtantiæ farmacopolorum, quæ nō habent tale vehiculum, nec poſſent penetrare tam velociter, ſed indigent multo temporis ſpacio, & ſegniter calor naturalis eſt potens medicamēta illa craſſa attenuare, & diſtribuere in minutiſsimas partes per totum corpus, adeo vt hoc tempore mediante, aliquando retunditur, & deperditur vis purgatiua, & ſolutiua medicamenti, & remanent non euacuati aliquando, immo commoti humores craſsi, viſcoſi, & tenaces, & à partibus longinquioribus anguſtis, & obſtructis, & ſic remanet

*Gal. lib. 4. de ſanit. tuend cap. 7.*

imperfecta medicamenti operatio; & tanto
magis indigemus medicamento veloci, &
penetrante, quando adeſt hydrops, in quo
morbo oportet extrahere aquã inter ſi fach,
& mirach, quæ oportet vt retrocedat ꝑ po-
ros tam anguſtos prout Ioan. Mattheus de
*Io. Matthe' Grad. cap. de hydrope.*
Grad. in cap. de hydrope, quod quidem
opus non poteſt aſſequi, niſi mediante hoc
noſtro nouo modo componendi medica-
mentum, quemadmodum millies experti ſu-
mus, quoniam licet inueniantur alia, & mul-
ta medicamenta ad hidropem violenta, pro
vt ſuccus radicis ebuli eletereum, & multa
alia, nihilominus ſupradicta, licet aquam in-
ter cutem euacuant cum maxima violentia
euacuant, & maximo ægrorum diſcrimine,
& quod peſsimum eſt deſtruunt hepatis, &
ventriculi, aliarumq; partium calorem inna-
tum, quem cane peius, & Angue in predictis
morbis debemus euitare, quos omnes ſco-
pos tute noſtra hac compoſitione poſſumus
aſſequi prout clare patet diſcurrenti per in-
gredientia, & modum compoſitionis, vlte-
rius in xirris hepatis, lienis, & vteri, ac omni
bus

bus alijs tumoribus internis, eſt tamquam incantamentum ad eos mollificandos earumq; partium internarum obſtructiones aperiendas ac de obſtruendas.

Et quoniam medicamenta purgantia per eſperientiam inueniuntur per Galen. in lib. de victus ratione in morbis acutis comen. 2. tex. 11. & poſt quam ſunt inuenta ſingularibus ſunt probationibus conſtituenda, vt fidem maiorem illis habeamus, prout Galen. nos docet in libr. 1. de morbis vulgaribus coment. 1. tex. 1. Propterea experti ſumus millies, & ad mille, & varios morbos, deſperatos, & non deſperatos prout particulariter ac ſigillatim ſuperius relatum eſt, precipue quartanis, exhibito medicamento in prĩcipio acceſsionis prout eſt cõmunis opinio omnium medicorum, & cum ſit tantæ paucæ quantitatis quartanarij libenter in principio acceſsionis accipiunt, bene verum quod in morbis deſperatis quando ſpem ſalutis non habemus per alia medicamenta quæ alias fuerunt eſperimentata, & appropinata, & morbus non ceſsit tunc, & eo caſu

*Gal. in lib. de vict ratione in morb. acut. coment. 2. text. 11.*

*Gal. 1. de morb. vulgarib⁹ coment. 1. tex. 1.*

ego vtor, & ſemper vſus fui, & vtar, & eſt fuit, & erit mihi, & vtentibus maximi honoris, egritãtibuſq; certæ ſalutis, maxime quia habemus ex Auicenna quod melius eſt aliquod preſidium licet periculoſum exibere, quam ægrum deploratum derelinquere, nã ad vltimos morbos vltima prorſus remedia maxime valere ex Galen. in loco ſupra citato, nam in morbis leuioribus nõ periculoſis verum eſt, quod incipiendum eſt à medicamẽtis leuioribus, ſed in magnis morbis etiã in principio quando impendet maximũ periculum maiora remedia ſunt agredienda prout per Galen. lib. 5. metod. med. tex. 15. vltra quod vt dictum eſt, & dicetur inferius iſta noua compoſitio nullius poteſt eſſe nocumenti etiam in quibus vis morbis benignis particularibus, & etiam in febribus putridis, ac etiam malæ qualitatis, prout à nobis ſæpe ſæpius expertum eſt, & prout patebit diſcurrenti per ingredientia licet nos tutiorem eligentes viam vt plurimum ad morbos particulares magnos, & quaſi deſperatos, & curatu difficiles propinamus.

*Galen. lib. 5. meth. med. text. 15.*

De

## De modo, & forma compoſitionis noſtri medicamenti purgantis.

### Cap. XX.

RECIPE quintæ eſſentiæ vini modo predicto extractę libr. 1.

Ponatur in fiala vitrea bene octurata, poſtea accipias

ſcamonij opt.elect. vnc. 2.
bdelij,dragaganti,añ. dram 6.
gummæ arabicæ. vnc.ſem.

Puluerizentur ſuptiliter in mortario marmoreo, & per ſetam extrahantur quam puluerem ponas in infuſione in fiala predicta, in qua adeſt quinta eſſentia vini predicta, & miſce optime,& fortiter agitando,ponas ad ſolem in eſtate, & ſi non adeſt ſol in hyeme ponas in balneo marię fialam,& tam diu ſtet fiala in balneo,vel ſole, donec color rubeus apareat, & aqua ardens nõ ſit amplius alba,

ſed

ſed rubea quod ſignum eſt, virtutem ingredientium extraſsiſſe, & hoc in ſole fit ſpacio duorum vel trium dierum, in balneo marie per horam vnam ſingulis tribus diebus, & dum eſt bene colorata, ſeruetur bene opturata in eadem fiala, & nota quod non debet percolari nec ſeparari à fecibus ſed ſimul cũ ipſis ſeruetur, quoniam magis uirtus conſeruatur, & non diſſoluitur, hoc completo medicamento, habeas aliam fialam uitream in qua ponas etiam quintę eſſentiæ uini predictæ. libr. ſem.

Meccioacam qualitatis prout ſuperius fuit dictum. vnc. 2.

Contundantur ſuptiliter, quo puluerizato ponatur, & miſceatur in ſecunda fiala dicta cum aqua uiti, & eodem modo agitando donec incorporentur uel ad ſolem, uel ad balneum mariæ, prout feciſti componendo primam fialam, & ſeruetur bene opturata hæc alia ſecunda, ſicut, & prima poſtea habeas etiam aliam fialam tertiam plenam ſiruppo cidoniorum, & aliam quartam plenam yuleppo uiolato, & cum uis propinare medica-

camentum egrotanti, habeas aliam fialam paruam, quantitatis, & capacitatis vnius vnciæ, & menſuram alterius fialolæ paruiſſimę capacitatis duarum drammarum, & accipias de dicta quinta eſſentia ſcamonij, & meccioacam. an̄. dram. 2.
Sirupi cidoniorum, iuleppi violati. an̄. dr. 3.
ponantur, & miſceantur omnes infiala paruula predicta poſtea opturetur fialola cum cera rubea vel alba, quæ in aurora ęger ſecūdum quod morbi erit intentio preparatis prius humoribus ſerapijs eſt exibendum in iure gallinaceo calido quantum poteſt diſſolui medicamentum cum pauco ſaccaro aſperſo ſuper ius predictum miſtum cum medicamento, & abſorbeat ęger ſuauiter, & nō dormiat, & breui ſpacio vnius horæ vel duarum complet eius operationem ac purgationem quemadmodum operaretur cum quouis aliquo medicamēto benigno, & abſque moleſtia.

Nota quod hoc noſtrum dictum medicamētum debet admiſceri infiala cum alijs neceſſarijs, & corrigentibus predictis ſpacio

octo vel decem horarum antequam debet aſſumi ab ægris, ita vt ad inuicem virtutes miſceantur, & vna alteri communicetur, & ſic ego ſemper obſeruaui.

Quo ad quantitatem vtrum ſi ſemper debeat eſſe eadem quantitas predicta in omnibus corporibus ægrotantium, vel debet minui, & augeri quemadmodum omnes medici prudentes coniectura quadam obſeruant in omnibus alijs medicamentis, dicimus quod tali pacto debent omnes obſeruare quemadmodum de alijs medicamentis, bene verum quod auctio, & diminutio noſtræ quintæ eſſentiæ debet eſſe minima, & reſpectiua habito reſpectu ad totius medicamenti paruam quantitatem, & hoc remittitur arbitrio phyſici quoniam nos ſic docet Gal. lib. 5. de ſanit. tuenda cap. 9.

*Gal. lib. 5. de ſanit. tuend. cap. 9.*

„ Nam experiẽtia inueniet quem talium
„ corporum legitimũ modum cum venter
„ alius medicamentis magis, alius minus,
„ ſit hobediens hæc ſunt formalia verba
„ Galeni.

De

## De motiuis quæ in contrarium poſſent adduci.

### C A P. XXI.

ET quoniam nihil eſt rationes in medium afferre niſi cõtrarijs motiuis quæ poſſent inſurgere reſpondeamus.

Primo non obſtat dicere medicamentum eſt calidum, & ſiccum, quoniam aqua vitis eſt calida, & ſicca quoniam reſpõdetur eo modo quo ſuperius iam probatum eſt in cap. de vini quinta eſſentia, quod aqua vitis eo modo extracta prout ſuperius, eſt aerea, & combuſtibilis, & conſequenter calida eſt, & humida, & licet ſit calida nihilominus ob maximam tenuitatem in ſe habentem nullam relinquit impreſsionem caliditatis in corpore, & licet bdelium, & dragagantum, & gumma arabica, ſint calida vltra quod prout in cap. de dragagan-

to,& gumma arabica probatum eſt eſſe qualitatis humidæ,& dato, & non conceſſo iam remiſſum remittit intenſum, vtputa per iuleppum violatum frigidum,& humidum, & miuam cidoniorum, etiam frigidam, & humidam,ius gallinaceum, & ſaccarum, etiam humidos,& ſic mediantibus diſpoſitionibus alterando per qualitates contrarias caliditatem aquæ vitis,& aliorum ingredientium licet calidorum prout ſuperius diſputatum eſt, iam introducitur noua forma frigiditatis,& humiditatis prout in miſtione confitetur,& affirmat Gal.lib.1.de elementis c.9.

*Gal. lib. 1. de elemēt. cap. 9.*

„ Nam ſi vinum ait aquæ in miſceatur
„ particule horum vtrorumq; in minima
„ infringũtur, moxq; inter ſe mutuo agũt,
„ & patiuntur.

Et ſaltim (quod nõ poteſt negari) reſultabit quid tertiũ temperatum,nam cũ Galeno tēperatum dicimus non ſimpliciter ſed quod nullam infert impreſsionem ſenſibilem reſpectu corporis humani,quemadmodum tali pacto experti ſumus in noſtro medicamento ratione miſtionis frigidorum nam patet

ad

ad ſenſum, ſi in vino robuſtiſsimo admiſceamus aquæ fontis tantam quantitatem, quantum eſt ipſum vinum tunc vinum deueniet temperatum, et ſi plus aquæ quam vini tendit potius ad naturam, et ad qualitates aquæ quam vini, et ſi reduplices quantitatem aquæ poterit corrumpi ſeu alterari forma ſubſtantialis ipſius vini eſtinguendo totalem eius caliditatem, vt ſit potius aquæ forma quam vini, prout per guſtum, & à poſteriori poſſumus cognoſcere primas qualitates, adeo vt his omnibus prout per guſtum, & ſaporem poſſumus conieɛturare qualitates noſtri medicamenti, eſſe qualitatis temperatę potius quam calidæ in ecceſſu, & dato, & non cōceſſo cum ſit quod omnia medicamenta purgantia ſint ſua natura calida, nihilominus maius iuuamētum reſultat ex euacuatione humorum calidorum producentium febrē ſeu quos uis morbos quam detrimentum alijs partibus corporis hoc autem affirmat Hipoc. 1. aphoriſ. text. 24. *Hipocr. 1. aphoriſ. cap. 24.*

Vlterius ſcamonium, & meccioacam iam

exi-

exibentur per os quotidie, & informis pilularum quaſi omnibus, & etiam ellectuarijs ſolutiuis ſcamonium iam ingreditur, imo coloquintida in varijs formis pilularũ, quæ duppliciter eſt violenta, & calida ipſo ſcamoneo, & ſic non eſt mirandum prout multi falſo imaginantur.

Secundo nec obſtat dicere ſcamoneum vltra primas qualitates iam dictas à forma ſpecifica, & à tota ſubſtantia generat varia ſymtomata, vtputa tormina, nocet vẽtriculo, hepati, cordi, &c. quoniam reſpondetur quod non eſt mirum, quoniam omnia alia medicamenta purgantia hæc nocumenta preſtãt, prout Galen. in lib. 2. de ratione victus in morbis acut. text. 11.

*Gal. lib. 2. de ratione victus in morb. acut. text. 11.*

„ Ait ibi omnia medicamenta purgãtia
„ ventrem prȩſertimque, os ipſius vẽtricu-
„ li, quod maxime tum neruoſum tum ſen-
„ ſile exiſtat afligant, ledantq; ob id eorũ
„ quæ boni ſunt hodoris miſtio excogitata
„ eſt ne ſola ſynceraq; purgãtium medica-
„ mentorum virtus, os ventris tangat,

Tanto magis quod medicamenta purgantia

gantia in noſtro medicamento non tangunt ſubſtantialiter os ventriculi, & alia membra ſed virtualiter, prout patet diſcurrenti per eius compoſitionem, vt recenſet Galen. in lib. quos, & quando purgare hoportet.

Vlterius iam probatum eſt ſuperius quod iſta nocumenta ſeu ſymtomata quæ poſſent cauſari a ſcamoneo, iam corrigũtur per corrigentia predicta, prout videre eſt in predictis capitulis proprijs, tanto magis quod vt ſupra dictum eſt miſtio corrigentium, & alterantium etiam virtute primarum qualitatum dictarum corrigẽtium, corrigunt etiam ſymtomata medicamentorum purgantium prouenientium a forma ſpecifica ipſius medicamenti, prout Galen. affirmat tertio met. med. text. 2. exemplificans de erugine cum cera, & oleo, &c. *Gal. 3. lib. met. med. tex. 2.*

Tertio nec obſtat dicere quod infrigidantia miſta cum ſcamonio, & meccioacam non corrigunt formas ſpecificas medicamentorum prout ſuperius in noſtro capitulo diximus, ſed eſt neceſſarium aliud correctorium quod vltra frigiditatem corrigat a forma

ſpeci-

ſpecifica prout eſt bdelium dragagantum gumma arabica quæ a forma etiam ſpecifica corrigunt adeo vt frigida miſta prout ſunt miua cidoniorum, & iuleppus violatus licet ſint frigida nihilhominus remittunt tantum caliditatem aquæ vitis ſed non remittunt, & refrenant vim purgatoriam ſcamonei, & meccioacam, ad quod. Reſpondetur prout ſuperius fuit dictum quod licet frigida non corrigant a forma ſpecifica, ſed quoniam remittunt acrimoniam medicamentorum, ſeu puntionem, per quam irritatur eius expultrix inſurgens ad expellendum id quod noxium eſt, quæ acrimonia cum ſit inſtrumentum formę ſpecificę debilitato ac remiſſo inſtrumento etiam debilitatur, & remittitur uis, tamquam debilitato inſtrumento vt cōditione ſine qua non, quoniam ex non violenta puntione ſequitur non violenta purgatio, & dato, & non conceſſo iam adſunt alia ſimplicia in compoſitione quæ a forma ſpecifica corrigunt ipſum ſcamoneum prout eſt bdelium, dragantum, cidonium, aqua vitis, &c.

„ Et

„ Et ſic ex duobus temperamentis immo-
„ dicis vnum efficitur modicum ex Galen.
„ 3. met. med. tex. 2. *Galen. 3. met. med. tex. 2.*

Nec valet conſequentia ergo omnia ſimplicia habentia acrimoniam, & puntionem vt cępa allia, &cet. ſunt purgantia quoniam nos intelligimus de illis ſimplicibus habentibus vim purgatiuā à forma ſpecifica prius, copulata tamen acrimonia, & puntione irritatiua, nec valet dicere dantur purgantia ſimplicia quæ à forma ſpecifica purgatiua ſunt, & tamē prout per guſtum apparet nullam habent acrimoniam nec puntionem, ergo non omnia purgantia operantur mediante illa puntione, & acrimonia prout ſequitur Fernelius nam reſpondetur quod quodlibet purgans medicamentum ſemper natura ſua calidum eſt poteſtate prout Ipocrates, & Galenus in comento recenſent primo Aphoriſ. cap. 24. & ratione illius caliditatis habet illam acrimoniam, & puntionem quæ eſt ſufficiens ad irritandam vim expultricem, & quot habet gradus caliditatis tot habet acrimoniæ gradus, & licet ali- *Hipocr. 1. aphoriſ. cap. 24.*

O quan-

quando non pateat ad ſenſum prout in guſtu, et ſapore nihilominus dato quod non habeat in actu habet quodlibet purgans ſimplex in potentia dictam acrimoniam quæ actuata poſtea, et roborata à calore naturali dum per os aſſumuntur optime funguntur officio prout patet in miſtis habentibus calorem in potentia prout ſunt pix, thus, cera, ſulfur, et alia ſimilia, quæ actuata poſtea a calore ſeu ab igne ſenſibus manifeſtantur.

Eſt aduertendum tamen ne obiectiones inſurgant contra violentiam noſtri medicamenti purgantis quoniam medicamentum quodlibet violentum poteſt eſſe, et forte, et violentum, et idem poteſt eſſe debile, et lenitiuum, verbi gratia ſcamoneum, & meccioacam, ſunt medicamenta fortia in eorum genere, & reſpectiuæ, exhibita tamen in pauca quantitate ſunt debilia, in magna autem quantitate, ſunt fortiora, aliqua vero medicamenta natura ſua ſunt debilia, & nihilhominus poſſunt fieri fortiora, vtputa infuſio roſarum, & manna, ſunt de debilibus medicamentis, & lenitiuis, data ad libr. ſemis fa-

cient

cient lenitiuam operationem, ſi autem dabis librã vnam vel plus tunc erit violentiſsima eorum operatio ſeu ſuper purgatio ratione vehementis quantitatis.

Aliud tertiũ medicamentũ poteſt eſse debile, & debile V. G. ſi exhibere vis infuſionẽ roſarum quæ eſt debilis, & lenitiua, & das ægro vncias duas aut minus, erit hoc purgans debile ratione ſuæ naturæ, & debile rationæ paruæ quantitatis.

Datur aliud quartum medicamentum qđ dicitur forte, forte V. G. ſi exhibeas Colocintidis, vel Antimonij, maioris, & duplicatæ quantitatis quam deberet aſſumi tunc dicetur forte medicamentum ratione ſuæ naturæ fortis, & violentæ, & forte etiam dicetur ratione quantitatis plus debito aſſumpti, vt propter has rationes ſit concludendum noſtrum medicamentum dato, & non conceſſo quod eſſet violentum quod quidem ſuperius demoſtratiue contrarium eſt probatum nihilominus clare patet vt ſit medicamentum forte, & debile ratione paruæ quantitatis, & faciet neceſſario debilem

operationem, ratione quia aſſumitur in tam parua, & minima quantitate prout millies a nobis fuit expertum, & feliciter ſucceſſum quoniam experientia eſt rerum magiſtra, & precipue in medicamentis purgantibus pro ut recenſet Galen. in lib. de medicamentis expertis, et idem Gal. in lib. de vict. ratione morbis acut. comt. 2. tex. 2.

*Gal. in lib. de vict. rat. ī mor. acut comt. 2. tex. 2.*

Nec obſtat dicere aqua vitis poſita ad ignem ſtatim accenditur, et comburitur, ergo eſt calidiſsima vt ignis, ad quod Reſpondetur negando conſequentiam cum Galen. lib. 3. de temperamentis cap. 4. nam dupliciter ſtat calidum in miſtis, uel actu, uel potentia, nam in uino ut humido, et in oleo, ſeu aqua uitæ, ſtat calidum potentia non autem actu, nam actu clare patet quod ſunt humida ut oleum actu humectat, et ſi nunquam accenditur oleum ſemper actu humectat ſic de uini quinta eſſentia ſuperius dicta, et probata ut humida ſemper actu humida eſt ſi nunquam accenditur nunquam aquirit illũ calorem actualem per accidens acquiſitum, et licet aqua uitis ingrediatur corpus huma-

*Galen. lib. 3. de temperamentis cap. 4.*

num

num nihilominus calor naturalis nõ eſt ſufficiens ad accendendam ſeu comburendam aquam uitim prout ignis elementalis imo corrigit ſeu contemperat acutiem illam ſeu acrimoniam prout patet de alleis quæ de foris poſita ſuper cutim illam exulcerant intro autem per os abſumpta nutriunt abſq; noxa calore naturali mediante corrigente, et cohoperante ratione quia omne agens in agendo repatitur per Ariſtotilem, & Galen. lib. 3. de temper. tex. 3. *Ariſt. & Gal. lib. 3. de temper. tex. 3.*

„ Fit propterea quod mutantur alteran-
„ turq; dum, & in ventre concoquntur,
„ preterea quod vno loco non permanent,
„ ſed in multas partes diuiſa, quoquo ver-
„ ſus ſeruentur, adde, & quod non ſolum
„ multis ſuccis miſcentur, ſed etiam cibis,
„ cum quibus ſumuntur ad hæc quod cele-
„ riter eorum, & cõcoctio, & partium ſepa
„ ratio perficitur, ita vt quod conueniens
„ in eis eſt aſsimiletur, quod ſuperuacaneũ,
„ & acre per aluum, vrinas, & ſudorem ex-
„ cernantur nam, & coquendo alteratur,
„ & ſecernitur, & expurgatur, & cũ multis

alijs

alijs miſcetur, & variæ diſtribuitur, & in omnem partẽ fertur, nec in ulla moratur quod autem ſi acrimoniam ſuã ſeruaret interna quoq; oĩno exulceraret, ſed nec miſtio ipſa cum cibis parum momẽti habet, ſi.n. allium vel ſinapis vel aqua vitis aſſumas ſolum citra alium cibum facile intelliges quantum moleſtiæ, & mordicationis ventriculo afferant.

Tanto magis prout ſuperius probatum eſt quod cum caliditas illa aquæ vitis ſit repoſita in tam materia tenui calefacit corpus, & nullum tamen veſtigium caliditatis remanet in dicto corpore, & ſic ſi Deus pro nobis quid contra nos.

*Finis Primi Libri.*

DE

# DE SANGVINIS HAEMORROAGIA EX VENIS SEDIS.

## Liber Secundus.

### CAP. XXII.

PRESTAT autem ante cętera, ab ipſa corporum diſſectione hæmorroidalium ſeu ſedalium venarum fabricam accipere, qua quidem in re illud paucis accipiendum eſt cum duo ſint magni totius venoſi generis trunci, alter qui cauæ, alter qui portæ, nomine deſignatur ad ſedem ſeu ad podicis regiones vtriuſq; trũci propagines, atque adeo ramos deſcendere, non tamen eodem prorſus itinere peracto, ſiquidem venæ cauæ rami per truncum in dorſo deſcendentes primum quidem ad os femoris, mox ad clunes, perrectant deinde vero per

car-

carnis clunium ſtragulum expanſi, tandem ſe ſe in ſphicteres muſculos inſinuant, atq; in illis uenas ipſas eformant, quæ oculis ſpectari nigricantes, & uel ferramento, uel irudinibus, aperiri, uel panno aſpero, aut folijs ficuum, irritari, uenæ autem portæ rami per lienis regionem, ac uiſcus deſcendentes tandem per coli inteſtini tunicas atque inde per recti inteſtini corpus iter ſuum conficiunt, donec in imo eiuſdem inteſtini regione minime muſculos ſphicteres attingentes, innumerabiles uenarum giros atque anfractus eccitant, minime quidem ſi naturaliter ſe habeant uiſu aſpectabiles, minime ferramento aut hirudinibus uulnerabiles, minime linteis aſperis folijſq; ficuum, uel alio ſimili ingenio eccitabiles, niſi forte aliqua morboſa cauſa deſcendant, ſeque extra podicem prodant, oſtendantq;, hęmorroidales autem uene utriquæ dictæ ſunt quod per utraſq; fieri ſanguinis fluores ac defluxus ſoleāt, utrinq; etenim ſolet interdum ſanguis effundi, ſi quando copia uel qualitate moleſtans, per alias corporis regiones euacuari nō poſsit,

hanc

hanc dupplicem hæmorroidalium venarum differentiam cum antiqui cognouerunt tũ vero recenſiores forte euidentius, & diſtintius explicare viſi sũt, vtriuſq; explanatores habemus Realdũ columbum in lib. 6. de iecore, & venis, & Andream Laurentium, & Valuerd. in lib. 6. de venis, & arterijs cap. 5. & Galen. in lib. de diſſectione venarum, & arteriarum cap. 8. & idem Galen. 4. de vſu partium toto titulo, & alios clariſsimos pariter ſcrictores rei anatomicę pretermittam, quos adhunc locum libenter appello, vt huius fundamenti robore poſsimus aduerſantium ſententiarum impetum ſuſtinere, & ad veritatis inuentionem aliorum difficultatibus ac dubijs ſatisfacere.

*Andream Laurẽtiũ Valuerd. libr. 6. de ven. & arter cap. 5. Gal. lib. de diſſect. venarum, et arter. cap. 8. & 4. de vſu partiũ toto titulo.*

Sed antequam ad facti ſpeciem deueniamus primo eſt videre ſeu diſſoluere hæc infraſcripta problemata, & primum quare mulieres tãtum modo habent meſtruas purgationes, & non viri.

Secundum queritur quare viri Iudei indifferenter patiuntur fluxum hæmorroidalem.

Tertium qua ratione aliqui chriſtiani licet non omnes, ac etiam multi ex multis nationibus, ſolent laborare hac ſanguinis hæmorroagia per venas ſedis.

Quo ad primum Reſpõdetur per Ariſtotilem in ſuis problematibus, & rationem adducit quoniam mulieres ſunt frigidiores reſpectû virorum, & ſic totum nutrimentum non poteſt conuerti in earum ſanguinem, ita quod magna pars tranſit in menſtruum, quẽ omni menſe, & vt plurimum in vltima quadra tamquam magis flematica exiſtente pro vt per Aſtronomos ab eis expellitur per vterum de viris rationem dat Galen. libr. de ſpermate cap. 1.

*Gal. lib. de ſpeamate cap. 1.*

„ Quia poros habent per quos ſanguis ille
„ tendens vertitur in pilos, quod patet in brachijs pedibus, & cæteris partibus.

Ad ſecundum Reſpondetur theologicæ quia ipſi tempore paſsionis Ieſu Chriſti clamauerunt ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros, & ſic dicitur in ſpalmo percuſſit eos Deus in poſteriora dorſi aliter poteſt reſponderi cum Ariſtotile, & magis phiſice,

&

& naturaliter in ſuis problematibus quia Iudei veſcuntur cibarijs flegmaticis, & frigidis ex quibus cibarijs generatur ſanguis melancolicus, qui per fluxum hæmorroidum expurgatur, alia ratio, & phiſica eſt quia ait Ariſtotil. in libr. de cœlo, & mundo quod motus facit calorem, & calor digeſtionem vt patet 4. libr. Meteorologic. text. 3. Iudei non ſunt in cõtinuo motu, & labore nec modo hominum conuerſatione, ac etiam poteſt dici quod ſtãt in magno timore quia timent nos vlciſci Paſsionem noſtri Saluatoris, & hæc in eis frigiditatem faciunt, & impediunt digeſtionem, & ſic generatur in eis multus ſanguis melancolicus, qui per ſe ceſſum, & ab ipſis vt plurimum quemadmodum mulieres etiam expellitur.

*Ariſt lib. de cœl. & mund. & 4. Meteorol. tex. 3.*

Ad tertium autem problema Reſpondemus cum Ariſtotile in ſuis etiam problematibus quia ſunt illi homines melancolicæ complexionis, & multum generatur in eis melancolia, quia frigidi ſunt, quæ primo emittitur ad ſplenem, tanquam ad propriam ſedem melancoliæ, & ibi propter ſanguinis

*Ariſt. in ſuis problemi*

multitudinem retineri non poteſt, & ſic mittitur ad ſpinam dorſi, vbi ſunt alique venæ quæ terminantur in dorſo, & quando ille vene valde replentur ſanguine melancolico tunc aperiũtur vie ab ipſa natura, & egreditur ille sãguis, & ſignum dũ debet euacuari, eſt precedens dolor aliquando ipſius dorſi, ob ſanguinis comotionem ac diſtentionem, & tales viri per talem fluxum preſeruantur magis ab infirmitatibus confirmantur hæc dicta Ariſt. & melius ex Galen. in libr. de atra bile cap. 6.

*Gal. in lib. de atrabile cap. 6.*

„ Vbi nos docet ex ſanguine melancoli-
„ co comparato alijs humoribus paucus
„ generatur ſed in viris habentibus tempe-
„ ramentum calidum, & ſiccum, in tempo-
„ ribus anni calidis, & ſiccis, locis, & cœli
„ conſtitutionibus, ſtudijs, laſsitudinibus,
„ curis, vigilijs, edulis, quoque craſsis ac
„ ſiccisſimis, ſanguis melancolicus plus
„ generari videtur quam alij humores, qui
quidem vt ſuper abundans à natura critice euacuatur, & in corporibus frigidis etiam generari confirmat Galen. in illo lib. finitiones

*Gal. in lib. finition. medice in principio.*

nes

nes medice in principio vbi ponit quatuor humoris melancolici differentiæ, primus eſt elementarius.

Secundus qui ex ſuper aſſata flaua bile gignitur quem bituminoſum quoq; nominamus, & bituminis inſtar sblendere.

Tertius qui ex terrificata ſeu putrefacta pituita horitur.

Quartus qui ex feculento ſanguine conſiſtit, & idem Galenus 3. libr. de locis affect. cap. 7. *Gal. 3. lib. de loc. affect. cap. 7.*

„ In medio ſic, & melancolicus humor
„ ſecundum ſubſtantiæ proprietatem non
„ oſcuras habet differentias, nam alius eſt
„ veluti fex ſanguinis, qui admodum ſpiſ-
„ ſus eſt fecibus vini aut ab ſimilis, alius ve-
„ ro quem ſuperior eſſentiæ eſt multo ten-
„ uioris atq; vomentibus eum, & olfacien-
„ tibus acidum videtur qui etiam terram
„ radit, attolit, atq; fermentat, atq; ampul-
„ las quales feruentibus iuſculis ſuper na-
„ tare videmus excitat, ſed is quem craſſæ
„ feci ſimilem eſſe dixi, in terra effuſus non
„ inducit fermentationem niſi forte in ar-

denti

,, denti febre ipſum maximopere preaſſari
,, contingat, neq; vlla etiam acida qualita-
,, te participat, quamobrem, & ipſum no-
,, minare conſueui melancolicum ſuccum,
,, aut ſanguinem melancolicum, & hic meo
,, quidem iuditio non recte aduc atra bilis
,, appellari poteſt.

,, Alter atrę bilis ſuccus qui ex preaſſata
,, flauabile naſcitur vide etiam pro hoc
,, Galen. lib. 5. de vſu partium cap. 4. & 4.
,, lib. ſimpl. medic. facult. cap. 16. vbi aſ-
,, ſerit atram bilem eſſe acerbā, & acidam,
& ſic prout experientia conſpicitur in igne ſi ligna aduruntur mediocriter fit carbo ſimilis humori melancolico ſi vero carbonem aduras fit cinis ſimilis atre bili zinariæ, & ſic etiam in corpore vbi generatur in ventriculo maxima copia pituitæ cum error primæ coctionis non poſsit corrigi per ſecundam hepate tunc lapſo in calido, & ſicco, ſiccitas illa deſtruit humiditatem pituitę, & ſic fit alteratio tantum humidi in ſiccum remanente propria frigiditate pituitæ, & ſic remanet frigida, & ſicca ac etiam poſſumus dicere

*Gal. 5. lib. de vſu partiũ cap. 4. & 4. libr. ſimpl. med. facul. cap. 16.*

quod

quod in generantibus copiam pituitæ cum tẽdit poſtea in iecur eſt in cauſa obſtructionis cum ſit craſſæ ſubſtantiæ, & nec poteſt dari obſtructio quin non horiatur calor extraneus, qui quidem calor eſiccat humiditatem, & introducta ſiccitate fit atra bilis ex terrificata ſeu putrefacta pituita, prout ſuperius per Galenum ac etiam intemperies calida, & ſicca ipſius hepatis potens eſt abſumere, & diſsipare caliditatem ſanguinis naturalis, & ſiccitas potens extinguere humiditatem eiuſdem, & ſic fieri alterationem ſeu trãſmutationem in hepate ex ſanguine calido, & humido degenerante in humorem melancolicum acidum frigidum, & ſiccum, & preter naturam fermentans terram, prout ſupra cum Galeno. Et ſi licitum ſit nobis ad preſagium iſtius ſanguinis euacuationis deſcendere dicam cum Galeno in lib. de atrabile cap. 4. vbi recenſet per venas hæmorroidales euacuari atram bilem miſtam cum ſanguine, & ſi affectas venas reſecueris melancolia corripiuntur ea in ſubſtantia cerebri tranſmiſſa, ac etiam Galen. lib. 3. de humori-

*Gal. in lib. de atrabile cap. 4.*

*Gal lib. 3. de humoribus cap. 26*

moribus cap. 26.

„ Non ſolum humor melancolicus ſed
„ etiam alij praui ſucci nã cum melancoli-
„ cis, & vitio renum laborãtibus ſuper ve-
„ niũt curare eos ſolent, adeo vt ſemet ipſe
*Hypocr. ĩ 6 lib. aphoriſ. tex. 12.*
„ Hypocr. nos monet in lib. 6. aphoriſ. tex.
„ 12. hæmorroidas curanti ſi vna non di-
„ miſerit aut aquæ inter cutem, aut tabis, impendet vel ſanguine abundante, & ab hepate repellente ipſum ad venas pulmonis eaſq; diſrumpentes, hinc tabis, vel ob ipſius ſanguinis frigidioris copiam eſtinguentis calorem naturalem ipſius epatis ita ut non poſsit optime ſanguificare, hinc hydrops, ſeu aqua inter cus, & in lib. de uene ſectione aduerſus eraſiſtratum cap. 5. & 6. in fine Galen. etiam recenſet quæ dicta ſunt quod ſanguis per hæmorroidas ſeruat hominem ſanum, ac etiam in lib. 3. Hypocr. de alimento cap. excretiones idẽ Galenus, & per Hypocr. 4. libr. Aphoriſ. text. 2. hæc formalia verba firmantur, ac etiam Galen. libr. 2. de loc. affect. cap. 5.

*Gal. in lib. de vene ſect. aduerſ⁹ eraſiſtratũ cap. 5. et 6. & in libr. 3. Hypocr. de alimẽto cap. excretiones & Hypocr. 4. lib. aphori. tex. 2. ac Gal. lib. 2. loc. affect. cap. 5.*

„ De genere autem totum corpus pur-

gan-

„ gantium ſunt quæ per vterum, & per hæ-
„ morroidas, & quæ per exercitationem,
„ frictiones, & quouis motu, & in his ho-
„ minibus aſſuetis quibus hęmorroides re-
„ tinentur illis vere vena ſecanda eſt dicit.
Galen. in lib. de curandi ratione per ſangui-nis miſsionem cap. 10. & vena debet eſſe ta-li, ſi forte non eſt neceſſarium reuellere atq; ſanguinis in moderatam copiam coibere, imo prouocare per loca conferentia atq; a natura vſitata, & cōſueta per Hypocr. primo Aphoriſ. text. 21. quoniam ſanguinis miſsio ex ſaphena tantummodo aperit orificia ve-narum hæmorroidalium, & reuellit, & eua-cuat ſanguinem melancolicum à partibus nobilioribus, & ſuperioribus ad partes igno biliores, & inferiores prout per Gal. in lib. de anotomia viuorum in cap. vbi agit de anotomia venarum manus ac etiam fit eiuſ-dem ſanguinis hæmorroidalis deriuatio per Galen. lib. 2. de art. cur. ad glauc. cap. 2. & idem Galen. multis locis citatis ac idē Gal. recenſet 4. lib. de ſanitate, tuenda cap. 4. & lib. 6. epidemiorum comit. 2. tex. 29. debere

*Gal. lib. de curādi ratione p̄ ſāguinis miſ ſion. c. 10.*

*Hypocr. 1. aphoriſ. tex. 21.*

*Galen. de anot viuorū loc. cit. libr. 2. de art. cur. ad glauc. tex. 2.*

*Gal. lib 4. de ſanitate tuēda cap. 4. & lib. 6. epidem comit. 2. tex. 29.*

Q floto-

flomotomiam eſſe ex malleolo,& ſic ſcriptũ eſt tali pacto.

„ Et ad ſumum flomotomia venarum pe-
„ dum confert egritudinibus quæ fiunt ex
„ materiebus ad caput declinantibus, & ſi
„ retentæ hæmorroidis mictendi ſanguinis
„ occaſio ſit, ſiquidem cohibere voles quæ
„ in brachio ſunt,ſin prouocare quę in cru-
„ ribus ſunt venas ſecare conuenit prout

Galen. in libr. de curand. ratione per ſanguin. miſsion. cap. 19.& 13. met. med. cap. 11.& Hypocr. lib. 6. aphoriſ. cap. 36. & pro ut a me fuit inſtitutum in caſu Illuſtriſsimi ac Eccellentiſs. Domini Ducis Oſſunæ Regni Siciliæ Proregis,& feliciter ſucceſsit.

*Gal. lib. de cur. rat. p ſang. miſſ. cap. 19. & 13. met. med. med. cap. 11. & Hypocr lib 6. aphoriſ. cap. 36.*

Vlterius ſanguinis iſtius melancolici pars cum retinetur, & non euacuatur, ſolet regurgitare in venis meſenterij, & conſequenter ad fundum ventriculi, & ibi refrigerat ſua naturali frigiditate ipſius ventriculi calorem naturalem, quo refrigerato cibus aceſsit in ventriculo,& vna cum portione ipſius humoris melancolici acidi, ac liuidi,quando tunc fit aliqualis miſtio per vo-

mitum

mitum eijcitur, nam liuiditas, & nigredo humoris melancolici preter naturam cauſatur ex maxima aduſtione ob hepatis caliditatem ingentem nam nigredo in humoribus per aſſationem fit per Galen. lib. 2. prognoſtic. cap. 47. & aliquãdo dum abundat, miſto, cum ſanguine bilioſo, ac tenuiori, & ſeroſo, tamquam pro vehiculo cum ſit tendere ſurſum, aperit venas narium leporinas hinc ſanguinis narium hæmorroagia in aliquibus contingit, ac etiam iecur cum ſit poſitum in calida intemperie etiam renibus comunicatur affectio ratione vicinitatis ſeu iure protomiſeos, & tũc pituita genita in vẽtriculo vt cauſa materialis dum traitur ab ipſo ventriculo a renibus dum reſidet in renum cauitate reſoluuntur partes tenuiores à calore preter naturam tanquam a cauſa efficiente, & ſic remanent partes craſsiores, hinc mucoſitates, & arenule, ſubſident in vrinis. *Gal. lib. 2. prognoſt. cap. 47.*

Et propterea non laborare ſolent dolore nefritico qui predicta euacuatione laborãt ex Hypocr. lib. 6. aphoriſ. text. 11. *Hypocr. 6. lib aphor. cap. 11.*

„ Quoniam hij ſanguinem craſſum con-
„ ſueuerunt euacuare humore plenum me-
„ lancolico talem habente conſiſtentiam
„ qualis eſt in vinis fex quare nihil mirum
„ ſi melancoliæ, & renum paſsionibus con-
„ ferunt hæmorroides vt quæ humorem
„ feci ſimilem euacuare natura apte ſint.

Ac etiam dum per ambitum totius corporis eleuantur vapores a predicto ſanguine melancolico retento vel miſto cum ſanguine tenuiori a calore preter naturam ipſius hepatis accidere ſolet aliquãdo illa laſſitudo ſeu ſenſus vlceroſus, per vniuerſam corporis cutim, aliquando laſsitudo tenſiua & aliquando flegmonoſa prout videre eſt Galen. libr. 4. de ſanit. tuenda cap. 4. & multa alia ſintomata accidunt ex eiuſdem ſanguinis retentione, nam Hypocr. libr. 6. epid. comt. 3. text. 37.

*Gal. 4 de ſanit. tuẽd. cap. 4.*

*Hypocr. 6. epid. cõt. 3. tex. 37.*

„ Ait qui hęmorroidas habent neq; Pleu-
„ ritide, neq; Perimneumonia, neque Pha-
„ gedena, neque Furũculis, neq; Tubercu-
„ lis, terebinti figuram habẽtibus, neq; Le-
„ pris, neque Vitiliginibus.

Sed

Sed quoniam mea fuit intentio circa predictum affectum breuiter aliqua circa theoricam pertractare tanto magis quod affectio iſta potius indiget preſeruatiua quam curatiua, idcirco quo ad ea quæ ad ſex res non turales pertinent, tantummodo perrtactare intendam, quod quidem precipue eſt exercitium vbi maxime conſiderandum neq; paruifaciendum prout Galen. in libr. de arte gimnaſtica ad tranſibulum, & tanto magis in caſu predicto ne ægrotantes in grauiora incidant pericula, nam exercitatio in caſu iſto debet eſſe moderata habito tamen reſpectu perſonæ aſſuetæ exercitari, anni temporibus, regionibus, & complexionibus, nam ex immodicis exercitijs etiam aliquid boni efluit vt per Galen. 3. de cauſis ſymtomatum cap. 2. in fine ac idemmet Galen. lib. 2. de cauſis ſintomatum cap. 5. in fine. *Gal. de art. gimnaſt. ad trãſibulum.* *Gal. 3. lib. de cauſ. ſintomat. cap. 2. in fine ac idem 2. de cauſ. ſint. tex. 5.*

„ Sic nos docet, ſol, balneum, & exercita-
„ tio, excrementa quæ prius quieuerant
„ calefaciendo attenuando, & in ſpiritum
„ vertẽdo ad motũ excitant, adeo vt exer-
„ citatio debet eſſe moderata.

„ Quo-

„ Quoniam ſi hominem vel pituita, vel
„ flaua bile, vel atra, vel ipſo etiam ſangui-
„ ne pleno volueris ad exercitationem per-
„ ducere aut ei morbum comitialem, aut
„ Apopleſsiã, efficies in exercitatione, aut
„ ſi hæc mala non eueniunt periculũ immi-
„ net ne rupto aliquo in pulmone vaſe in
„ morbũ incidat inſanabilem, quoniã ſi in-
„ purgatũ laboraueris vlcera erumpẽt, hęc
ſupra dicta ſunt formalia verba Galeni, & Hypocr. 3. libr. aphoriſ. text. 20. & ſic exercitatio trait foras humores, & quando non poſſunt reſolui ob craſsitiem agitantur currunt ad cerebrum, & in meatibus ventriculorum cerebri ſunt in cauſa Apoplexiæ uel Morbi comitialis, uel perueniunt ad cutim, & non reſoluti per alitum cauſantur ulcera per uniuerſum corpus, iuſta illud quod recenſet nobis Galenus citato libr. 4. de ſanit. tuenda cap. 4. Vbi aſſerit abſtineãt à motu qui laſsitudinem ulceroſam laborãt, & quoniam Gal. in teſt. ſuperius citato, & 2. libr. de cauſis ſymtomatum cap. 4. fecit mentionem de balneo mihi uidetur conſentaneum

*Hypocr. & Gal. 3. lib. aphor. tex. 20.*

*Gal. lib 4. de ſanit. tuend. tex. cit.*

*Gal. lib 2. de cauſ. ſintomatũ cap. 4.*

ut

ut aliquid de illo breuiter attingam, & quoniam balnea ſunt uaria marina, ſulfurea, aluminoſa, quando Galen. facit mentionem in ſuis capitulis de balneo ſimpliciter ſemper intelligit de balneo aquæ dulcis, & hoc ipſemet confitetur libr. 7. de compoſ. medicamentorum ſecundum locos cap. 1. & ſi forte in caſu alicuius ęgroti adeſſet ulcus in aliqua parte corporis balnea mihi uidetur quod contra indicarent, & ſint aliquãtulum ſuſpecta ex metipſo Galeno lib. 4. de cõpoſ. medicamentorum per genera cap. 2. in fine manifeſte aduertentis à balneo abſtineat ulceratus atq; ideo contra indicat Galeni tex. 1. de arte curat. ad glauconem cap. 14. & in libr. de uictus ratione in morb. acut. comt. 3. text. 59.

*Gal. 7. lib. de compoſ. med. ſecũdum locos cap. 1.*

*Gal. 4. lib. de compoſ. medic. per gener. cap. 2.*

*Gal. 1. lib. de art. cur. ad glauc. cap. 14. & comt. 3. de virt. ratione in morb. acut. tex. 59.*

Si quando adeſſet alui fluor non ſiſtẽdus, uel periculum hæmorrogiæ ſanguinis narium.

„ Ait balneum quemadmodum alui fluorem ſiſtit ita fluxum ſanguinis narium acriter irritat, hoc etiam confirmat Cardanus exponens dictum teſtum in libr. 1. de ſanit. tuenda cap. 22. adeo ut preſupoſita

*Cardan. lib. 1 ſanit. tuend. cap. 22.*

con-

conſueta euacuatione per uenas ſedis abſtinerem quoniam nobis irritabit maiorem fluxionem, & ſic plus iuſto erit ſanguinis euacuatio, & conſequenter refrigeraretur iecur tã ratione immodicæ quantitatis quã ratione frigiditatis balnei atq; in hidropem, pertranſire poſſet, ulterius per frigiditatem, & humiditatem circumferentiæ ſeu corporis cutis per balneum aquæ dulcis concentratur calor ad partes internas, hinc fit antipariſtaſis, & per conſequens ſanguinis efferueſcentia, aperit aliquando uenas leporinas, hinc accidit fluor ſanguinis narium. Vlterius perbalneũ tepidũ aperiũtur uenæ, & corporis totius pori, & ſanguis fit fluidus, & faciliter permeat, & ſic faciliter permeando tam per uenas ſedis habens propenſionem, quam per uenas narium, poſſet contingere hęmorroagia immoderata, & eſſe in cauſa ſymtomatum prout ſuperius dictum eſt.

Nec ualet dicere balneum poteſt propinari frigidum, ex eo quia non facit fluere sãguinem per uenas ratione caliditatis.

Quo-

Quoniam reſpondetur quod nullo pacto competit, exibere balneum aquæ dulcis frigidæ, quoniam vel homo incidet in tremorẽ, vel torporem, vel cõuulſionem, prout fuit expertum in perſonam Aleſſandri dum lauaret in Cydno Ciliciæ, cecidit in conuulſionem, prout Galenus de cauſis procatart. cap. 2. & lib. 11. meth. med. cap. 20. ratione quia actu frigida neruis inimica, nec cruditate laborentes, quoniam ingreſsi balneum horruere 2. libr. de cauſ ſymtom. text. 5. & non debent vti niſi corpore vniuerſaliter euacuato, aliter membris affectis fluxionem parit vt Galen. in libr. de victus ration. in morb. acut. coment. 3. tex. 62. & Hypocrat. 7. lib. aphoriſ. text. 42. non niſi poſt concoctionẽ, & euacuationem ſunt vtilia prout predicto 11. meth. med. text. cit. nec lauari quoque his debet qui nuper vel ſorſit, vel bibit, neque confeſtim a balneo ſorbendum, neque bibendũ, vt Galen. lib. de vict. ration. in morb. acut. coment. 3. eſt cap. 55. & 56.

*Gal. de cauſis ꝓcatar. text. 2. & 11. meth. med. text. 20.*

*Gal. lib. 2. de cauſis ſymtom. tex. 5.*

*Gal. in lib. de vict. ratione in morb. acut. coment. 3. tex. 62. & Hypocr. 7. aphoriſ. tex. 42.*

*Gal. lib. de vict. ratio. in morb. acut comẽt. 3. text. 55. & 56.*

„ Etenim hoc mirabile habẽt balnea, quod „ & calidas, & frigidas ſiccitates iuuant,

„ quemadmodum,& hoc,quod non ſitien-
„ tibus ſitim accendunt, & ſitiẽtibus ean-
„ dem tollunt,quod autem hæc efficiat bal
„ neum clare etiam nulla adhibita ratione
„ perſpicitur,hæc dicit Gal. in lib. de mar-
„ cor.cap.7.

Vlterius Aer debet eſſe calidus, & humidus.

Victus ratio mediocriter corpus humectans,quiq; boni ſit ſucci, faciliſq; digeſtionis preſcribantur, vt ſunt oua ſorbilia, carnes Gallinarum,caponum, pullorum,perdicum, actagenum, vitularum, phaſianorum, piſces mollem habentes carnem, vue paſſe, cerasia dulcia,pruna,poma aſſata quibus parum ſaccari aut anaſi addatur, iuſcula quoq; carnium, & precipue Gallinarum in parua quantitate exhibita plurimum conueniunt, cum alioquĩ in ĩmoderata quãtitate fluctuationẽ cruditatemq; in ventriculo faciant, & in ſummum caueant ne pro cibo vtantur rebus habentibus nigrum, aut liuidum colorem, ac etiam aromaticis in immoderata quantitate.

Potus

Potus ſi moderate fluat ſanguis, ſit uinum album tenue, ſi vero immoderate, ſit vinum abſtringens, & ſi vtriſq; indicationibus uelles ſatisfacere, vtputa non conſtringere, ſeu ſanguinem cohibere, ſed tantummodo partes nutrientes corroborare, in vnica menſa primis vicibus ſit album vinum, & tenue ac bene linphatum, & poſterioribus autem ſit abſtr ingens, & rubri coloris.

Excrementa alui arte prolectentur ſi natura negligat ea propellere tempore conuenienti.

Somnus conſiliandus arte ſi parum dormiat, plurimum equidem confert.

Animi perturbationes procul relegande muſiciſq; inſtrumentis cãtileniſq; oblectantibus, gaudio atq; letitia letiſq; ſpectaculis animus reficiendus eſt.

## Fetus in vtero retinendi vſq; in finem, noua, ac experimentata inuentio, Pro Magnatibus.

## De lapide Sardonio.

### CAP. XXIII.

SED quoniam intentio noſtra non eſt principaliter agere ex profeſſo, ac dogtmatice, de partu vicioſo eiuſq; totalem ac perfectam curationem adibere, ſed tãtummodo curioſe circa præcautionem aliqua preſidia a tota ſubſtantia cõferentia per tractare, id circo antequam deueniamus ad virtutes ipſius ſardonij, hopere precium eſt prius cognoſcere ſigna patognomonica, atq; inſeparabilia ipſius lapidis ſardonij, Albertus Magnus, & Diaſcorides, in cap. III. in tractatu de lapidibus nos docet cognoſcere ſardonium, & ait hæc formalia verba ſar-

*Albert. Magn. & Dioſcor. ī cap III. in tract. de lapid.*

Sardonius eſt lapis compoſitus ex duobus Sardio, videlicet, & Onice, eſt ergo rube9, & hoc color eminet ex ſardio, eſt etiam albus, & niger, & colorem vnguis proferens, ex onice, laudabiliter autem eſt qui hos colores habet magis diſtinctos, & non confuſos, inuenitur autem quinq; modis, aut pluribus propter diuerſam colorum miſtionem, & frequentius inuenitur in India, & Arabia, & ſic predictus lapis ſardonius conſtat ex duobus lapidibus precioſis vtputa ex onice, & ſarda, ex quibus reſultat hæc tertia ſpecies vocata, Sardonius, quæ quidem ſimilitudinem habet coloris vnguis humanę, & in parte illa vbi reſidet ſarda conſpicitur color rubeus ſpiſſus cum ſubſtantia peruia, ſicut ſi peruietas imaginetur in rubea terra, & languidius habet colorem quam Iacintus, Iacinti ſi quidem rubor maiorem apud homines gratiam habet, & quoniam lapis dicta Sarda eſt cōiuncta cum Sardonio, etiam cum eiuſdem viribus eſt ſociata prout experientia infra patebit, & ſic per Serapionem, in lib. 6. de ſimplic. med. Iſtoria cap. 34. atteſtatur

*Serap. lib. 6. de ſimpl. med. iſtor. cap. 34.*

ſtatur, qui Sardam viginti ſaltem granorum ordei pondere geſtarit, nec grauia, nec tumultuoſa inſomnia cernet, aciem preterea a ſolis intuitu oſcuratam confeſtim probe recreat, ac firmat oculis, ad motus, capillis etiã num valentiſsime attritus, paleas ad ſe continuo trait, ſed fruſtrum paleæ debet eſſe paruulum, & proportionatum quantitati, & viribus ipſius lapidis vt poſsis experiri, tãto magis quod adheret ita fortiter tabulis nauium in mari, vt a tabulis euelli non poſſit niſi abſcindatur cum ipſo ea pars tabulæ cui adheret, vlteri⁹ Albert⁹ Magn. & Ortus ſanitatis, in tract. de lapidibus cap. 110. nos docet etiam Sardium lapidem, accendere animum ad gaudium, & acuere ingenia, & per virtutes contrarias, & antipatiam quandam ligare onichum, vt nullum afferat nocumentum, & hæc omnia predicta inuenies in vero at genuino Sardonio, & in parte illa vbi reſidet Onix, conſpicies colores nigros, & albos, ad ſimilitudinem vnguis humanæ, & ſic reſultat iſta tertia ſpecies ex duabus predictis compoſita vocata ſardonius, compoſi-

*Albertus Magn. & ortus ſanitatis, ĩ tract. de lapid. cap. 110.*

poſitus ex ſarda, & onicæ, & ſic ex Galen. in libr. de medicinis facile parabilibus in cap. 47. *Gal. in lib. de medic. facile parabilibus tex. 47.*

„ Hæc formalia verba retulit ſardonius, „ etiam lapis retinet fetum vſq; in finem, „ ventri autem eum delegare hoportet, & Mercurialis, in libr. 2. de morb. mulierum cap. 1. ac etiam Serapion. Mercurius, in lib. 2. de partu preter naturali, & vicioſo cap. 21. & tali pacto ego, & preceptor meus Excellentiſsimus Scannapecorus millies, & ad infinitas magnates experti ſumus, imo tutius debemus aponere ac experiri Sardoniū pro fetus preſeruatione quam lapidem ætitem ſeu Aquilæ, & ratio eſt in promptu authoritate grecorum omnium uocãtium prędictum lapidem (alleuians partum,) quod quidem preſidium nos docuerunt Aquilæ eorum naturę inſtinctu facultatem ab Aquilis repertam, maſculi ſiquidē in Aquilarum genere Semellis oua iam parturientibus apponuntur, ut facile, ac citra dolorem pariãt, unde non inutilem hunc lapidem mortales ſimiliter didicerunt grauidis mulieribus tē- *Mercur. libr. 2. de morb. mul. cap. 1. Serapion. Mercur. ī lib. 2. de partu p̄ter natur. & vicioſo cap. 21.*

pore

*Albert. Serap. in lib. de his q̄ propriet. ſubſtantiæ totius quid agant.*

pore partus appoſitum, & in lib. de his quæ proprietate ſubſtantiæ totius quid agant, & Serapion, Albertus, & omnes in hanc ſententiam uenere, quod partum magnifice adiuuat, ac ſumme etiam num commodet puerperis tempore partus femori ad alligatus, ac etiam ſubſtituitur etiam num efficaciſſime uice peoniæ ad morbum caducum, accedit etiam Raſis dicens quod quando ponitur in pecia, & ſuſpenditur mulieri in coxa, quando debet parere, facit accelerare partum cū facilitate, & ſic ex prædictis grauiſsimis authoribus colligimus lapidem hunc tota ſubſtantiæ proprietate accelerare partum tantummodo Albucaſis, & euax in ſuo lapidario aſſerunt quod ſuſpenſus in ſiniſtro brachio conuenit pregnantibus, & conciliat amorem, & diuitias auget, & in pregnantibus impedit aborſuui, & periculum partuitionis mitigat, quas quidē opiniones meo iudicio non debent recipi, quoniam implicant contradictionem, nam quomodo ſi tota ſubſtantiæ proprietatæ facilitat partum eadem lapis redere eum difficilem poteſt, nā

quod

quod uni eſt proprium competit omni ſoli, & ſemper, & sic ſola illa accidentali ac leui mutatione, vtputa brachio ſiniſtro ſuſpenſa, mutatur proprietas, nam ſi mutatur locus non mutatur ſubſtantia ſeu proprietas ipſius lapidis, quæ quidem proprietas perpetuo eſt facilitare, ergo & etiam ſuſpenſo in brachio facilitabit, quoniã ſi prouocat quomodo retinet, qua propter iſtud per accidẽs vtputa mutatio loci eſſentiam lapidis mutare non poteſt, & ſic ſequeretur abſurdum quod corrupto ſeu mutato accidenti etiam ſeparabili deſtrueretur forma ſpecifica, & ſubſtantialis miſtorum, quod eſt contra omnium peripateticorum ac medicorum ſcolam, & illud accidẽtale eſſet in cauſa vt vna, & eadem ſubſtantia hoperaretur cõtrarium in diuerſis locis, & ſic locus eſſet in cauſa mutationis eſſentiæ, ſeu ſubſtantiæ rerum, quod eſt abſurdum, nam magneti appoſito ferro ſiue deſtrorſum, ſiue ſiniſtrorſum, ſiue ſurſum ſiue deorſum in quo uis loco ſemper proprietate ſua occulta trait ferrum, & num quam ratione diuerſitatis locorumhopera-

tur contrarium eiuſdem naturę, cum ſit vnicum, & idem miſtum tali pacto facilitare partum, & retinere ipſum ſunt contradictoria, quoniam ab vnica, & eadem cauſa formali eodem tempore non poſſunt produci duo effectus contrarij, vt propter has rationes ad delendam omnem ambiguitatem tantummodo, & racionabiliter vterer lapide ipſo Aetite femori alligato pro facilitando partum, & in caſu periculi, ſeu incipientis abortus, abſtinerem ab Aetitæ lapide, & vterer cum Galen. lapide Sardonio ventri delegato prout ſuperius actenus ac breuiter dictum fuit.

*Gal. lapide Sardonio.*

Vlterius aduertant vtero gerentes, ne vtantur nec in cibis, nec in medicamentis, rebus habentibus aperiendi vires, atq; ſint partium tenuium prout Galenus libr. 4. de ſimplic. med. facult. cap. 19. prout eſt iua, peonia, cinamomum, amomum, & his similia prout expreſſe Galen. 5. lib. simplic. med. facult. cap. 22. in lib. 6. simplic. med. facult. cap. de peonia, & lib. 8. simplic. med. facul. cap. de camipiti, tum etiam hodoratis omnibus

*Gal. lib. 4. de ſimplic. med facul. cap. 19.*
*Gal. lib. 5. ſimpl. med. facul c. 22. in libr. 6. ſimpl. med. facult. cap. de peonia, & libr. 8. ſimpl. med facul. cap. de cãpit.*

nibus, vt quia ſunt partium tenuium, & aperiunt ac prouocant vrinas, & meſtrua, prout idem met Galen. 7. ſimplic. med. facul. cap. de calamo aromatico tum etiam calida sũt, vt 4. ſimplic. med. facult. cap. 22.

*Gal. 7. sĩplic. med. facul. cap. de calamo aromatico. 4. ſimplic. med. facul. cap. 22.*

## De nouo atq; experimentato Antidoto, ac elexifarmaco, ſeu elixit vitæ, in febribus malignis, earumq; lumbricos enecanti, dum laborant egri in extremis, pro magnatibus.

## *CAP. XXIIII.*

ET quoniam in febribus malignis dum egri ſunt deſperati à medicis, & caſus ſit quaſi deſperatus melius eſt aliquod preſidium licet cũ periculo tentare quam ægrum deploratum derelinquere, ac etiam ad vltimos morbos vltima prorſus remedia maxime valere ex Galen. lib. 5. meth. med.

*Gal. lib. 5. meth med. text. 15.*

text. 15. idcirco infraſcriptum medicamentum alexiſarmacum eſt exibendum per os ad dragmam vnam ſingulis vicibus cum tãtumdem aquæ roſarum, pro corroborando calore naturali, & vltra poſſumus applicare cordi, pulſibus manuum, & pedum, quoniam expellit venenum a corde, ſtatim ob eius penetrans vehiculum, ac etiam lumbricos mirifice enecat, ac expellit, reficit calorem naturalem deperditum extremitatum, ac totius corporis, & vires reficit ſtatim, quoniam remota mala qualitate tamquam cauſa sine qua non uires non eſſent proſtratæ, ſtatim uires refocillãtur, & ratio eſt quoniam inſeparabile, & patognomonicum signum febris malignæ eſt uirium lapſus, cauſatus ob malignitatis occasionem, tonum cordis vitaleſq; ſpiritus deſtruentis.

Nec valet dicere medicamentũ eſt calidũ, & ſiccũ valde, & ſic nocet febri, quoniã febris indicat frigida, & humida, ad quod reſpondetur vt plurimum febres malignæ conſiſtunt in cauſa humida, & frigida in ſecundo gradu, ergo hæc requirunt calida, & ſicca in ſecun-

ſecundo gradu, nam detur febris maligna ex cauſa frigida vt quatuor, remittantur duo gradus frigiditatis huius cauſæ à calore febrili, iam remanebunt duo aduc frigidę cauſæ, & hi duo gradus frigidæ cauſæ non poſſunt ſuperari niſi illis ſubijciãtur duo quoq; gradus calidi medicamenti in duplici gradu, ſupereſt igitur in febre maligna calida duobus numeris, calida vt duo aprime conuenire.

Vlterius malignarum febrium curatio cõuenit genere cum curatione putridarum benignarum, & in his calida ſecundo, & tertio ordine conueniunt ergo, & in malignis, hoc autem probatur ex Galen. in libr. 1. de arte cur. ad glaucon. cap. 2. in febre laudat ſalsã, ſinapi, diatrion piperon, diaſpoliticon, elleborum etiam album, adunt Hypocratis, teſtimonium, qui primo aphoriſ. cap. 24. in acutis, & calidis paſsionibus comendat calida purgantia, ac proinde cum his pulegium, origanum, tragoriganum, quæ tertium caliditatis gradum attingunt, & Hypocratis, factum comendat Galen. qui à magnis remedijs

*Gal. lib. 1. de art. cur. ad glauc. cap. 2.*

*Hypocr. 1. aphor. cap. 24.*

medijs in acutis auſpicandum voluit, quemadmodum inquiunt inter reliquos recenſiores Galeni interpretes Oddus de oddis, exponit Galeni conſilia imitatur Paulus, qui in quartana febre Galeni, curationem recipit atq; probat, quin etiam in febre epiala cap. 46. mulſam cum pipere, & rutam coctam, & confectionem de caſtoreo, conuenire docet, Oribasij eandem afferunt ſententiam probantem in quartanæ cura ſuccum cirenaicum, piper, mirra, & rutæ folia, afferuntur etiam Aetij, & Alexandri idem docentium authoritas, & ipſius Alexandri verba recitantur quæ propter prolixitatem a nobis hoc loco pretermiſſa poterunt apud ipſum legi.

Vlterius in febre maligna, & peſtilenti virtus a malignitate proſternitur, & refrigerantur extrema, vnde calidis eget, & bezuarticis, ac etiam febris maligna vt plurimum, & tanto magis quando laborāt in extremis, ſemper ſunt cum calore miti totius corporis, nam Anic. illam febrem quietam appellat, & in hoc miti calore calida poſſunt admini-

miniſtrari, quando non procedit ex floccoſi ſeu interna inflammatione?

Vlterius longe maior vtilitas emergit pro ablatione cauſæ veneficæ malignæ vſu remediorum calidorum, quam damnum ratione febris ſed malignæ febres non paucæ ſunt quæ habent cauſam frigidam, ergo calida in febre maligna ſunt applicanda nam Galen. in lib. de theriaca ad piſonem theriacam laudat in peſte ſi in peſte ergo in febre peſtilentiali, ſic Augenius lib. 1. epiſtolarum epiſt. 5. hanc rationem a Galeno deſumit, Cornelius Celſus videtur audatius calida comendare, qui vinum meraicum in hac febre comendat, & hortatur vt cum temeritate etiam remedia in hac febre vſurpētur, hoc ex Galeno colligunt ex Ruffo teſtimonio Pauli qui pilulas illas de Ruffo comendat, & ait ſe teſtari ex Ruffi authoritate poſſe neminem fuiſſe qui adhibuerit illud medicamentum qui ab eo non fuerit ſanatum, Herculanum adijciunt qui Litecnis authoritate moſcum, & theriacam infebribus malignis non multum calidis probat, quid non colligunt

*Gal. lib. de theriac. ad piſon.*

*Augen. lib. 1. epiſtol. epiſt. 5.*

gunt ex Hollerio ſtempano, & Thoma Iordano, & alijs dicam colligi ſiluam medicamentorum calidorum, cartami, ſemina, crocum, ſinapi, theriacam, ſulfur, zedoariam, & alia huius hordinis plurima, ſic tandem colligunt ſecundo ordine calida poſſe in malignis his febribus cum vtilitate adminiſtrari tanto magis quod vacandum eſt eo quo magis vrget per Galen. libr. 12. meth. med. cap. 1. & libr. 1. ad glauconem cap. 14. & alibi, vrgentis naturam eam eſſe dicebat quę vitæ periculum inferret, ac vim vitalem demoliretur, ac ſane proprie vrgere illos affectus dicimus qui rationem habent proſternentis vires, ſiue autem hoc ſymtomatũ, ſiue morborum, ſiue cauſarum genere, contineatur nihil refert, quidquid enim id fuerit tunc ſtatim vrgentis vim naturamq; induit, cum vires deficit, deijcit, atq; proſternit, in hac ergo maligna febre nil aliud videtur ſtatutum quod poſsit ad vrgentis naturam accedere quam vel ipſa appellata malignitas, cuius natura eſſe diximus, vt ſine mora vim viribus inferat, & vires frangat, & ſic fractis

*Gal. lib. 12 meth. med. cap. 1. & libr. 1. ad glauc. cap. 14.*

uiri-

viribus, & extremis refrigeratis, ac etiam dum adeſt aſphiſsia aliquando poſſumus deuenire ad hoc vltimum propinãdo drammam vnam per os ut dixi, & vngendo cor, ipſum, & omnia extrema, quod quidem medicamentum non ſolum confert febribus malignis, & peſtilentialibus, ſed etiam peſti, venenatis, & lumbricos pacientes, & hæc eſt eius deſcriptio vtputa.

Recipe aquæ vitis electæ bis vel ter rectificatæ modo ſuperius dicto. lib. 2.

Pone dictam aquam in fiala vitrea bene lutata cui adde.

| | |
|---|---|
| Zuccari albi electi. | vnc. 4. |
| Radicum carlinæ. | dram. 3. |
| Zedoariæ ſem. cardi ſancti. | añ. vnc. 1. |
| Reubarbari electi. | dram. ſem. |
| Granorum Iuniperi. | vnc. ſem. |
| Terræ ſigillatæ, & boli armeni | añ. vnc. 1. |
| Seminis rutæ. | vnc. 2. |
| Cinamomi electi. | vnc. ſem. |
| Caſsiæ lineæ, & baccarũ lauri. | añ. vnc. ſem. |

Xitobalſami, & Carpobalſami, foliorum ſenæ, maſticis, ligni Aloes, doronici. añ. vnc. 3.

Dictami albi. vnc. 7.
Sem. vermium, & portulacæ. an. vnc. 4.
Radicũ pentaphilon, imperatricis, biſtortæ, cẽtaureæ, ariſtologiæ longæ, ſeminis acetoſæ, cicoreæ citri mundati. an. vnc. 2.
Radicũ tormentillæ gentianæ. an. vnc. 3.

Omnia ſupradicta pulverizentur, & ponantur in infuſione in aqua predicta per noctem vnã vel viginti quatuor horas, & quod vas ſit bene clauſum, & poſtea adde olei iuniperi, & theriacæ horientalis an. lib. ſem. deinde ponas dictam fialam bene octuratam in balneo mariæ donec aqua ardens extraxerit vires ingredientium quod quidem patebit ex colore eiuſdem aquæ, & ſic per expreſsionem ſeruetur oleum ſeu aqua, & vtatur temperata cum aqua roſarum vel cum iure gallinaceo vel ſucco limonum prout tibi melius videbitur.

## De dolore articulari, & precipue de Podagra, atque capitis dolore, atq; cur in regione Hiſpaniæ ægris maximam copiam ſanguinis emittere eſt neceſſe, in Siciliæ autem regione minime, cõſultatio.

### CAP. XXV.

PRECLARA, & ea celeberrimorum authorum Platonis, & Ariſtotelis ſententia inter cæteros profeſſores medicũ vti conſultatione, & ſic dum has meas breues lucubrationes in lucẽ hedere iam terminaueram, fideliſsimus quidam meus familiaris petijt a me vt ante predicti concluſionem, aliqua circa podagram articulares, ac capitis dolores, in medium afferrem, & licet ex proferſo de his tractaturi ſumus tunc Deo dante quãdo de conſultationibus deſcribemus, pro modo

ſummatim ac breuiter circa predictas affectiones aliqua pręſcribam, & primo habebo pro Duce Galen. 3. de criſibus cap. 4. vbi recēſet nobis de quacunq; morbi natura quatuor eſſe inueſtiganda vtputa ideam, magnitudinem, motum, & morem, ſpecies ſeu idea iſtius morbi in predicto ęgro non eſt alia niſi intēperies calida ipſius hepatis, frigiditas ventriculi, cerebriq; & articulorum vis concoctrix labefactata, & debilitata, & ſic ab hepate preter naturā in calefacto ratione obſtructionis, & a uentriculo, & cerebro lapſis in frigidum, & humidum præter naturam ob caloris, & temperiei earumq; diminutionem generantur uaria excrementa, quę cum ſuo pondere tendant deorſum ac cum non ſint apta membra corporis nutrire, pars autem illorum per uenas, & arterias à uirtute expulſiua expellitur ad partes magis labefactatas, & intemperatas, utputa ad articulos tamquam naturaliter ac à natiuitate debiles, partim uero conuerſa in uapores repant ad caput, quæ ſecūdum quam partem occupāt ſunt in cauſa multorum morborum atq; ſymto-

*Gal. 3. de criſib. cap. 4.*

ſymtomatum.

Quedam enim ſymtomata poſſunt accidere in ſubſtantia medullari utputa in uentriculis ipſius cerebri, nam ut ſcitis tres habemus uentriculos in cerebro per Galen. in libr. de ſpermate in cap. ubi agit de ſpiritu. *Gal. lib. de ſpermat. cap. citato.* Primus in anteriori parte reſidet in quo hoperatio immaginatiua attribuitur, ſecundus in medio, & diſcurſiua ſeu cogitatiua hoperatio datur, Tertius in poſteriori parte cui memoria attribuitur, & ideo Galen. 3. libr. *Gal. 3. lib. art. med.* artis medicinalis dixit hoportet ut pars anterior ſit humidior, quam poſterior ut apprehendat figuras, & phantaſmata, pars autem poſterior ſiccior debet eſſe ut bene retineat.

Notatis his de ſubſtantia medullari dicimus quod aliqua ſymtomata poſſunt cõtingere circa ſubſtantiam cerebri, & iſta ſunt, primum Eſtinta memoria, ſecundum Letargus, tertium Carus, ſeu Subet. quartũ Catoche, ſeu Catalepſis, ſeu Cõgelatio, quintum Comauigil, ſiue ſonniferum, ſextũ Freneſis, ſeptimum Delirium, octauum Melancolia,

nonum

nonum Furor, ſeu inſania, decimum lupina inſania, & hoc ultimum accidit quãdo eger de lecto ſurgit noctu per uias uociferans ut lupi,

In meatibus.n. vẽtriculorũ cerebri agenerari ſolent iſti morbi, utputa catafora, Apoplesſia, Epilepſia, Vertigo, Incobus, quẽ aliqui uocant Demonium, qui ſolent in nocte contingere uelut uulgares uocant (lumazzamurellu ( ſextus Paraliſis, ſeptimus Spaſmus, ſeu Conuulsio.

In Panniculis ipſius cerebri aliqua ſymtomata poſſunt etiam cõtingere, & talibus in partibus fiunt dolores, & ratio eſt quia panniculi ipſi confecti ſunt ex uillis neruorum qui ſunt maximæ ſenſibilitatis, ideo in ipſis cauſatur dolor, & ſic accidunt Cęphalargia, Cæphalea, Emicrania, & nota quod Cæphalargea, ſe habet ut genus ad alia duo utputa ad Cęphaleã, & Emicraniam, & iſta duo sũt ſpecies ſeu differunt inter ſe, quia Cęphalea eſt dolor totius capitis, Emicrania autem eſt dolor dimidiam partem capitis continens prout in caſu prepoſito.

Vlte-

Vlterius vapores ſeu humores ſupradicti cum repant ad caput quod quidem caput ſeu cerebrum cum ſit intemperatum ſeu lapſum in frigido, & humido ab ipſo cerebro, ad modum pluuiæ vapores illi condenſantur, & condenſati per vias eſternas ſeu per ampla ſpacia muſculorum dorſi precipitantur, & pluunt ad partes inferiores corporis, qui ſi aliquando perueniunt ad chyros, vt arabicæ dicitur, generant chyragram, ſi iuxta, coxendicem hiſchiada appellant ſi ad genua ſicut eſt in caſu noſtro generatur gonagra, & ſi ad pedes perueniunt ſunt in cauſa podagræ pro ut Hypocr. 6. aphoriſ. tex. 28. & 49. & ſi ad omnes artus ſeu articulos morbum articularem ſeu atrhitim, & ſic articularis eſt genus ad predicta per Galen. libr. 10. de compoſ. medicam. ſecund. locos cap. 2. & ſic cum loca circa articulos ſint repleta humoribus, nerui, tendines, ac ligamenta, nimium diſtenta verſus horiginem cõtrauntur ſicq; claudicatio, & articulorum contractio fit, ad hæc quaſi tophi, durities, aliaque id genus ſubhoriuntur, his habitis eſt queren-

*Hypocr. 6. aphoriſ. tex. 28. & 49.*

*Galen. lib. 10. de cõpoſ medic. 2. locos cap. 2.*

rendum quis humor ſit iſte qui cauſet hæc ſymtomata dicimus cum Auicenna quod bilis ſola non poteſt ſic faciliter tendere deorſum, cum ex ſui natura ſit ignea, & tendat ſurſum, adeo vt pro vehiculo aliquando indiget pituita nec pituita ſola poteſt peruenire, nec melancolia deorſum ad articulos, cum ex eorum natura ſint craſſa, & viſcida, & non poſsint permeare ac pertranſire faciliter per uenas, & arterias, adeo vt indigēt ipſa bile pro vehiculo ſicut in caſu noſtro clare patet ex colore partis affectæ ſub albo tendente parum in ſuperficie ad citrinitatē, adeo vt nobis indicat pituitam in predominio, bilem autē in ſubdominio prout Gal. 10. de compoſ. med. ſecund. locos text. ſuperius citato.

*Galen lib. 10. de cōpoſ. medic. 2. loc text. citato.*

Quo ad eorumdem ſymtomatum Preſagium de gonagra recenſemus quod licet difficulter non tamen eſt impoſsibile vt ex toto ſanitas poſsit conſequi, non ſic eſt de podagra nam eſt adeo difficilis vt ex toto ſanitas poſsit conſequi quod impoſsibile ſuſpicamur, ratio eſt quoniam etas iam matura,

affe-

affectionum vetuſtas, & hæreditaria promptitudo eſt ob quam pleriq; incidunt in podagras quod multi, & patres, & auos habuere podagricos, in quibus ſemen erat vitiatũ atq; ideo filijs vehemẽtiorem fecerunt partium imbecillitatem prout confirmat Hypocr. & Galen. in comt. libr. 6. aphoriſ. cap. 28. & ſic ratione iſtius hæreditariæ prontitudinis ab illis tota vita explicare ſe nequeunt per Galen. 6. de ſanit. tuenda cap. 7.

*Hypocr. lib. 6. aphoriſ. cap. 28.*

*Gal. 6. de ſanit. tuenda cap. 7.*

Quo ad curationem, preſentium malorum curatio, & futurorum precautio exigere nobis potiſsimum videtur, in primis vt excrementa omnia vnde alijs vitijs horigo impendet e corpore tollantur, mox viſcera intemperata quam diligentiſsime corrigantur ne in poſterum vlla cumulandis tot excrementis occaſio prebeatur, ſimulq; articuli eſiccentur, & ab illa imbecillitate, & ſuſcipiendi facilitate vendicentur, & ſic quo ad res non naturales, & topica remedia non eſt inmorandum quoniam a peritis medicis optime prouiſum ac prouideri poteſt ſolum modo pro curatione ac precautione prędi-

ctę affectionis quatuor remedia pr[illegible] ponam, primum erit decoctum chinæ, & ſalſæ perillę, ſecũdum cauteria in brachio ſiniſtro vnũ, in crure deſtero alterum, tertium pirule quedam præſeruatiue, quartum erit empla-ſtrum quodam ponendum in ſutura coronali vel eadem ingredientia in forma ſacculi poſita in eadem ſutura.

Sed antequam formam horum medicamentorum in medium afferam eſaminanda ſunt ſigillatim, & primo eſt quærendum an-decoctum chinæ, & ſalſæ competat cum cõtrariæ ſint indicationes vt puta hepatis aliqua caliditas preter naturam ratione obſtructionis, & cerebri ventriculi, & articulorum humiditas, & frigiditas, igitur quid faciendum, reſpõdetur quod eſt faciendum quemadmodum nos docet Galen. 13. meth. med. cap. 16. quod contrarijs coeuntibus indicationibus cõpoſitum quoque debet eſſe medicamentum, & 3. meth. meden. cap. 9. & 7. meth. med. cap. 12. nam ad id quod magis vrget dirigi primum debet cõſilium curãtis dicit Galen. altero tamen non neglecto, ſic in

*Galen. 13. meth. med. cap. 16.*

*& 3 meth. med. text. 9. & 7. meth. med. cap. 12.*

in caſu noſtro debemus primo vacare cauſæ materiali vt puta euacuando pituitam cauſantem gonagram, & podagram, eamq; expellendam, & articulos aliaq; intemperata membra eſiccanda, & roboranda, nec eſt negligendum iecur quoniam poſſumus etiam admiſcere, & adere ea quæ faciũt pro hepate, quoniam contrarijs coeuntibus indicationibus compoſitum quoq; eſſe medicamentum hoportet teſtatur hoc Galen. 13. meth. med. cap. ſupra citato vt propterea quod eſt componendum medicamentum quod eſiccet, & expellat, a ventriculo cerebro, & articulis excrementa per ſudores, & iecoris ſubſtantiam partiumq; affectarum retificet.

*Galen. 13. meth. med. cap. citato.*

Nec eſt dicendum quod chinæ radix ſola poterit hæc facere quoniam cum chinæ radix prouocet ſudores non tamen poterit ſic faciliter, & perfecte per ſudores expellere excremẽta craſſa, & viſcida ſicut poteſt decoctum ſalſæ miſtum cum china cũ ſit quod ſalſa ipſa eſt tenuium partium quam china, & ſic melius poteſt prouocare ſudores nec

poteſt negari quod in ſimilibus morbis china ſola ꝓdeſſe ſolet, ſed in caſu noſtro nihil prodeſſe viſum eſt nec prodeſſe amplius poterit, quoniam cum predictus æger ſæpe ſæpius aſſumſit eius decoctum pro eodem dicto morbo, & nunquam fuit per illum immunis imo in deterius, & ad vlteriora progreditur morbus ſum in voto cum ipſo Aui cēna lib. 1. fen. 4. cap. 1. & in capite de aſthmate quod natura non amplius patiatur ab illo medicamento, cum ab aſſuetis non fiat tanta paſsio teſtatur etiam Ariſtotiles vt propter hanc rationem ſit innouādum medicamentum aliquod miſtum ex china, & ſalſa, & ſi vereris de hepatis caliditate tunc in fine decocti poteris corrigere cum floribus boraginis cicoreæ, & aliquibus rebus caliditatem contemperantibus, tanto magis quod in ęgro non reperitur aliqua febris ſpecies, & ſic in morbo pędicto tuto poteris exibere decoctum ſalſæ miſtum cum china, eo modo quo vir Eccellentiſsimus Mercurialis noſter nos docet in ſuis conſilijs.

*Auic. lib. 1. fen. 4. cap. 1.*

*Ariſt. refert.*

De chirurgicis preſidijs, & primo quo ad

ſan-

ſanguinis miſsionem eſt ſanguis mittendus prout nos recenſet Galen. in lib. de curand. ratione per ſanguinis miſsionem text. 10. & 19.

*Gal in lib. de curand. ratione per ſanguinis miſsionem tex. 10. & 19.*

Sed quoniam agendo de flomotomia fuit mihi requiſitum vt hoc problema diſcuterē vnde eſt quod in regionibus Hiſpaniæ maximam copiam ſanguinis emittunt ac repetitis vicibus, in illis morbis vbi indicat plectoria vel quoad vires, vel quoad vaſa, & aliquando ad libras extraunt, & vires remanent robuſte, in regionibus autem Siciliæ atq; calidis regionibus quando efficiuntur tales flomotomie accidit ſtatim lipotimia ac vires valde labefactantur ac reſoluuntur.

Et cur pueri minores ſeptem annorum in regionibus Hiſpaniæ cum ferro flomotomantur, & duplicatam ſanguinis copiam extrahunt, ac vires conſeruantur, & in Siciliæ regione nō niſi cum hirūdinibus, & moderata quantitate ne vires debilitentur.

Ad primum, & ſecundum problema aliqui medici ac philoſophi reſpondent quod

hoc

hoc cauſatur ratione quia cibi in Hiſpaniarum regione ſunt maioris nutrimenti quam ſunt cibi regionis Siciliæ, & ſic maxima copia generatur ſanguinis in Hiſpania quam Sicilia, quam opinionem pace tantorum virorum opugnamus varijs rationibus ac demoſtrationibus nam ſi hoc eſſet ſequeretur quod vna libra carnis in regione Hiſpaniæ generaret libras duas ſanguinis, quod eſt impoſsibile nam ſuponamus quod in Hiſpania Hiſpanus quidam comedat pectus vnum perdicis vel gallinæ tantum, & dum taxat, & in Sicilia ſiculus alium tantundem eiuſdem, ( & ſit caro verbigratia quantitatis vnius libræ, ) tunc libra iſta carnis in vētriculo vbi fit prima concoctio vertitur in chylum, & antequam chyli libra iſta per venas meſeraicas atrahatur ad iecur ſeparātur ac diuiduntur ab iſta libra partes craſſe, ac fecales, quæ naturaliter ac neceſſario in omni prima coctione per ſeceſſum deijciuntur, ac etiam aliquæ minutiſsime partes chyli ac ſpiritales attenuati à calore reſoluuntur per alitum, & alie tenuiſsime partes nutriunt

ven-

vẽtriculum ipsũ ſiue realiter aut voluptuoſe prout aliqui diſputãt tunc libræ iſtius minoratio fit, vlterius in ſecunda concoctione vtputa in hepate antequam cõuertatur chylus in ſanguinem, pars craſsior ſanguinis, & feci ſimilis, conuertitur in humorem melancolicum excrementitium, tendens ad lienem, & ex parte tenuiori ſanguinis ſimilis ſpumę fit bilis excrementitia tendens partim ad chyſtifellim, partim ad inteſtina, ad irritandas, & tingendas feces vt emittantur quotidie per ſeceſſum, pars autẽ eiuſdem miſcetur ac tingit vrinam croceti coloris ita vt etiam irritata virtute expulſiua (poſt quam lotium vna cum sãguine pro vehiculo iter peragrauit per totum genus venoſum) in ſurgat poſtea ad expellendum per venam cauam ad vaſa vreterea, & ad veſsicam prædictum lotium, vlterius ex eadem libra carnis predictæ (aſq; vllo præſuppoſito potu) quia conſtat ex quatuor elementis, licet in ea non appareat manifeſta humiditas nec materia potulentia, nihilominus ex parte humida illius elementalis

gene-

generatur neceſſario lotium, vltra ſanguinem, ſicut eſt videre in cuniculis vt plurimũ qui meiunt, ac lotium deijciunt, & numquam bibunt, ſed ſolo cibo nutriuntur, & ſic deductis fecibus, melancolia, bile, & lotio, de libra illius chyli neceſſario erit minor quantitas ſanguinis alimẽtitij, & hoc confitendum eſt tam in Hiſpania quam in Siciliæ corporibus, & quemadmodum dico de carnibus ita, & intelligatis de omnibus alijs cibarijs ac vinis, tantummodo poſſent nos perſuadere, licet nec poſsint ſaluari, quod robuſtius ac forte magis ſit Hiſpaniæ nutrimentum quam Siciliæ, quod dato, & non conceſſo non indicabit quantitatem maiorem ſanguinis extrahendam in Hiſpania, quoniam illud indicabit qualitatem, & ſic indicat quale, & non quantum.

His habitis meam quidem ſententiam nõ vſq; aduc ab aliquo tactam in medium afferam, & primo eſt preſuponendum quod regiones quæ accedunt verſus Aquilonem, ſunt frigidiores, quam regiones verſus meridiem, ſeu horientem, vlterius corpora quę

ſtant

ſtant ſub clima meridiei ſunt rarioris reſturę, eorum commorantium ſeu ad Aquilonis accedentium clima, & ſic Hiſpani commorantes in Regione frigidiori ipſa Sicilia, cibaria eorum non ſunt ſic calida ac vina non ſic generoſiora ac fortia quemadmodũ sunt in Trinacria quoniam hoc eſt proprium regionum calidarum per Galen. in libr. Hipocr. de morb. acut. comt. 3. text. 8. atq; etiam pori totius corporis non ſic rari atq; corpora non ſic laxa ſicut in Siciliæ regione adeo vt ab aere ambiente in predicta, & precipue tempore eſtatis diſſoluuntur ſpiritus, qui ſunt pars tenuior ſanguinis, atq; attenuati quotidie ab ambiente reſoluũtur pro vt Hypocr. & Galen. in comento, in libr. 2. aphoriſ. text. 28. & conſequenter ſanguinis parua quantitas remanet in corporibus, & propter has dictas rationes pueri foramine ferri, & nõ hyrudinum phlebotomati facillime eorum ſanguis ac ſpiritus diſſoluuntur iuſta illud Hypocratis, & Galen. citato libr. 2. aphoriſ. text. 28. vbi hæc formalia verba recenſet.

*Gal. in lib. Hipocr. de morb. acut. comt. 3. tex. 8.*

*Hypocr. lib. 2. aphoriſ. tex. 28.*

*Hypocr. et Gal. citato lib. 2. aphoriſ. tex. 28.*

X In

„ In pueris enim propter caliditatem atq;
„ humiditatem multum defluunt atq; exte-
„ nuantur corpora, & ex regionibus autē,
„ & anni temporibus, ac conſtitutionibus
„ calidæ quidem, ac ſiccæ magis euacuant,
„ humidæ vero, ac frigidæ magis aſtringūt
„ ac diflare corpora, atq; extenuari non ſi-
nunt, non ſic eſt in regione Hiſpaniæ quoniam calor ambiens non eſt adeo validus vt poſsit aperire, ac relaxare poros, attenuare humores, ac per alitum diſſoluere ac inſenſibilem tranſpirationem totam prędictam sāguinis copiam, imo tota multiplicatur ac reſidet in corpore, adeo vt cum contingunt morbi hiſpanis quibus vt plurimum ratione plectoriæ cauſantur, hoportet neceſſario maximam copiam ſanguinis extrahere, imo natura, & vires illis copioſis euacuationibus non ſolum non debilitantur ac labefactantur, imo reficiuntur, iuſta illud Galeni, & Hipocr. lib. 3. aphoriſ. tex. 29. & Galen. lib. 11. meth. med. text. 15. exonerata natura eo quo veluti ſarcina premitur quod remanet ſi eſt cōcoquendū natura melius cōcoquit

*Galen. & Hipocr. lib. 3. aphoriſ. tex. 29. & Galen. lib. 11. met. med. text. 15.*

coquit,ſi eſt expellendum natura melius expellit ita etiam dicẽdum de pueris prędictæ regionis quoniam cum neque ſpiritus ſint tam tenues nequæ ſanguis, quoniam in calidis regionibus generatur ſanguis tenuis, & bilioſus, prout Galen. lib. 2. de naturalibus facult. capit. 8. in frigidis autem frigidus, & craſſus, nec calor ambiens tam validus vt poſsit attenuare,ac diſſoluere ſanguinẽ, ita vt diflari poſsit plus iuſto illo foramine ferri,ſecus in pueris Siciliæ atq; eiuſdem omnibus corporibus prout confirmat Gal. in coment. 1. de victus ratione in morb. acut. text. 45. vbi hæc verba recenſet, cete- *Gal. lib. 2. de naturalib. facult. cap. 8.* *Gal. lib. 1. de vict. rẽ in morb. acut. text. 45.*

„ rum quomodo in pueris corporis ſub-
„ ſtantia tum mollis, tum humida, preci-
„ pue exolutionis virium cauſa efficitur
„ ſic, & in regionibus, & anni temporibus
„ res habet, nempe horum caliditas velo-
